THEOLOGIA NATURALIS SIUE LIBER CREATURARUM SPECIALITER...

Ramon : de Sabunde,
Alessandro Canigiani

Theologia natu

¶ Theologia [illegible]alis siue li-
ber creaturarũ [illegible]cialiter de
homine ⁊ de natura eius in
quantum homo. ⁊ de his
que sunt ei necessaria
ad cognoscendum se-
ipm ⁊ deũ. ⁊ omne
debitũ ad quod
homo tene-
tur et obli
gatur tã
deo q̃ p
ximo.

+

Ex legat. Card.

¶ Incipit Theo[illegible] ber creaturarū
specialiter de hoīe [illegible] inquantū hō:
⁊ de his q̄ sunt ei neces[illegible] cēdum seipm̄ ⁊
deū: ⁊ omē debitū ad qđ h[illegible] obligať. tā deo
ꝙ primo: cōposit⁹ a venera[illegible] magistro Ray-
mundo de Sabūde. In artibus [illegible] cina doctore. ⁊
in sacra pagina egregio professo[illegible]

¶ Prologus.

Ad laudē ⁊ gloriā altissime ⁊ gloriosissime trinitatis. ṽginis Marie ⁊ toti⁹ curie celestis. In noīe dñi nostri iesu xp̄i. ad vtilitatē ⁊ salutē oīm xp̄ianorū. seqtur scia libri creaturarū. siue libri nature ⁊ scia de hoīe. q̄ est ppria hoī inquantū hō ē. Que ē necessaria omni hoī. ⁊ ei naturalis ⁊ ɔueniēs. p quā ipe illumiať ad cognoscendū seipm̄ ⁊ suū conditorē ⁊ omē debitū ad qđ hō teneť inquantū est hō. Et de regula nature per quā etiā cognoscit q̄libet oia ad q̄ obligať naturaliter. tam deo ꝙ primo. Et non solū illuminabitur ad cognoscēdū immo p istā scientiā volūtas mouebiť ⁊ excitabiť spōte. ⁊ cū letitia ad volēdū ⁊ faciēdū ex amore. Et nō solū hec. s꞉ ista scientia docet oēm hoīem cognoscere realiter sine difficultate ⁊ labore omnē veritatem hoī necessariā. tā de hoīe ꝙ de deo. Et oīa q̄ sunt necessaria hoī. ad salutē ⁊ suā pfectionē. ⁊ vt pueniat ad vitā eternā. Et p istā sciētiam hō cognoscet sine difficultate ⁊ realiter quicqđ in sacra scriptura cōtinetur. Et quicqđ in sacra scriptura đr et precipiť. p istā scientiā cognoscit infallibiliter: cū magna certitudine ita ꝙ intellect⁹ human⁹ cū omni securitate ⁊ certitudie: omi dubitatiōe postposita. toti sacre scripture assentiat: ⁊ certificat. vt nō possit dubitare q̄stionē in ista sciētia. Et p istā sciētiam pōt solui oīs questio que đꝫ sciri tā de deo q̄ꝫ de seipso ⁊ hec sine difficultate. Et cognoscūtur in hoc libro: oēs errores antiquorū phōrū ⁊ paganor꞉ ac infideliū: ⁊ p istā sciaꝫ: tota fides catholica: infallibiliter cognoscit ⁊ pbať esse vera. Et omnis secta que est cōtra fidē catholicā. cognosciť ⁊ pbatur infallibiliter esse falsa ⁊ erronea. Et ideo nunc in fine mūdi: est necessaria omni xp̄iano: vt q̄libet sit munit⁹ solidat⁹: ⁊ cert⁹ in fide catholica ɔ impugnatores fidei vt null⁹ decipiať ⁊ sit parat⁹ mori p ea. ¶ Ulteri⁹ p istā sciam intelligit faciliter q̄libꝫ oēs doctores sctōs. Immo ista est incorpata ⁊ libris eor꞉. s꞉ nō apparet. Sicut alphabetū est incorpatū in oib⁹ libris. Ita istā sciētia est sicut alphabetū omniū doctorū. ⁊ ideo

[illegible] habetū ꝑmo dꝫ sciri. Quare ꝗlibet si vult in-
telligere oēs doctores ⁊ totā sacrā scripturā habeat
istā scientiā: qꝛ est lumen oīm scientiarū. Jō si vis eſſe
solidatꝰ: fundatꝰ: firmatꝰ: certꝰ: addiſce ꝑmo hāc scien
tiā. Alr eris vagꝰ ꝓfugus non hńs stabilitatē in teipo.
qꝛ ista ē radix ⁊ origo ⁊ fundamentū oīm sciētiarum
q̄ sunt hoī necessarie ad salutē. ⁊ ideo q̄ hꝫ in se salu-
tem in spe: dꝫ hr̄e primo in se radicē salutis. Et ideo
qui hꝫ istā scientiā hꝫ fundamentū ⁊ radicē oīs veri-
tatis. ¶ Ulterius. Jsta sciētia nulla alia indiget scien
tia neqꝫ arte. Non eñ ꝓsupponit grāmaticā atqꝫ logi
cā neqꝫ aliquā de liberalibus scientiis siue artibꝰ nec
phisicā neqꝫ metaphisicam. qꝛ ista est prima ⁊ hoī ne
cessaria. ⁊ ordinat oēs alias ad bonū finē. ⁊ ad verā
hoīm veritatē ⁊ vtilitatē. Qꝛ ista scīa docet hoīem
cognoscere seipm ⁊ ꝓpter q̄d factꝰ sit. ⁊ a quo factus
sit. Quid est bonū suū. ⁊ q̄d malum suū. q̄d dꝫ facere
⁊ ad q̄d est obligatꝰ. ⁊ cui ipe obligat̄ ⁊ nisi hō cogno-
scat oīa ista. q̄d ꝓficiūt alie scie. Oēs eñ scie sunt ve-
re vanitates si ista deficiat qꝛ hoīes illis vtunt̄ male.
⁊ ad dānum suū. qꝛ ipe nescit quo vadat nec vnde ve
nit nec vbi est. vnde etiā docet cognoscere oēs corru-
ptiones ⁊ defectꝰ hoīs. ⁊ dānationē. ⁊ vñ venerit ho-
mini. Et in quo statu est homo. ⁊ in quo ꝑmo fuit. et
vñ cecidit ⁊ quo iuit. ⁊ quantū elongat̄ a sua prima ꝑ-
fectione. Et docet qualiter reparari pōt homo. ⁊ que
sunt necessaria ad suā reparationē. Et ideo ista scīa
est cōis tā laicis q̄ clericis ⁊ oīni cōditioni hoīm. ⁊ pōt
hr̄e infra mensē ⁊ sine labore. nec opꝫ aliq̄d impecto-
rari. Nec hr̄e aliquē librū in scriptis. Nec pōt tradi
obliuioni: si semel habita fuerit. Et facit hoīem letū
humilē. begninū. obedientē. ⁊ hr̄e oīa vicia odio. et
pctā. ⁊ diligere ꝟtutes ⁊ nō inflat neqꝫ extollit scientē.
¶ Preterea hec scientia arguit ꝑ argumēta infallibi-
lia quibꝰ nullus pōt contradicere. Qm̄ arguit ꝑ q̄ sunt
certissima cuilibet hoī ꝑ experientiā. s. ꝑ oēs creatu-
ras ⁊ per naturas ipsius hoīs ⁊ ꝑ ipmmet hoīem oīa
ꝓbat. ⁊ ꝑ illa q̄ homo certissime cognoscit de seipo ꝑ
experientiā ⁊ maxime ꝑ experientiā cuiuslibet intra
seipm. Et ideo ista scīa non querit alios testes q̄ ipm
met hoīem. ¶ Jtē hec scientia in pricipio apparet val
de vilis ⁊ nullꝰ valoris. eo qꝛ incipit a rebꝰ minimis
quas ꝗlibet vilipendit. sed tñ in fine sequit̄ fructꝰ no
bilissimus ⁊ infinitꝰ. s. noticia de deo ⁊ de hoīe. Quia
quantomagis incipit ī rebꝰ humilibꝰ. tātomagis ascē
dit ad celestia ⁊ ardua. Et ideo q̄ vult hr̄e fructū ex

Sufficiē-
tia libri.

Modus
huiꝰ scie.

Exterior
vtilitas
libri.

ercitet se primo in principiis hũilibus b[...] rerũ non contenet. q2 aliter nullũ fructũ haberet. Qz puer nisi bñ primo fuerit exercitatꝰ in cognitiõe alphabeti ⁊ cuiuslibet lr̃e ꝑ se: non poterit postea bñ addiscere ad legendũ. Et iõ non sit alicui graue. q2 plus sciet infra mẽsem ꝑ istã scientiã ꝙ ꝑ centũ annos studendo doctores. Et hec scia nihil allegat neqꝫ sacrã scripturam neqꝫ aliquos doctores. immo ista cõfirmat sacrã scripturã. ⁊ ꝑ eã hõ credit firmiter sacre scripture. ⁊ ideo precedit sacrã scripturã quo ad nos. ¶ Vñ duo sunt libri nobis dati a deo. s. liber vniuersitatis creaturarũ siue liber nature. Et aliꝰ ē liber sacre scripture. Primꝰ liber fuit datꝰ hoĩ a pricipio dũ vniuersitas rerũ fuit condita. qm̃ q̃libet creatura nõ est nisi q̃dã lr̃a digito dei scripta. ⁊ ex pluribꝰ creaturis sicut ex pluribꝰ lr̃is cõponit liber. Ita cõponit liber creaturarũ. in quo libro etiã cõtinet homo. ⁊ est principalior lr̃a ipsiꝰ libri. Et sicut lr̃e ⁊ dictiones facte ex lr̃is importat ⁊ includũt sciam ⁊ diuersas significatiões ⁊ mirabiles sñias. Ita cõformiter ipẽ creature simul coniũcte. ⁊ adinuicẽ cõparate important ⁊ significãt diuersas significationes ⁊ sentẽtias. ⁊ continẽt sciam hoĩ necessariã. ¶ Scd̃us aũt liber scripture datus est hoĩ scd̃o. ⁊ hoc in defectu primi libri eo q2 hõ nesciebat in ꝑmo legere. q2 erat cecus. s3 tñ primꝰ liber creaturarũ est oĩbus cõis. sed liber scripture non est cõis q2 solũ clerici legere sciũt in eo. ¶ Itẽ primꝰ liber. s. nature non põt falsificari nec deleri neqꝫ false interꝑtari. iõ heretici non pñt eũ false intelligere nec aliq̃s põt in eo fieri hereticꝰ. S3 scd̃s põt falsificari ⁊ false interꝑtari. ⁊ male intelligi. Attñ vterqꝫ liber ẽ ab eodẽ. q2 idẽ dñs ⁊ creaturas condidit. ⁊ sacrã scripturã reuelauit. Et iõ conueniunt adinuicẽ. ⁊ nõ cõtradicit vnus alteri. sed tñ primꝰ est nobis connaturalis. scd̃s supnaturalis. Preterea cũ hõ sit naturaliter rõnalis. ⁊ susceptibilis discipline ⁊ doctrine. Et cũ naturaliter a sua creatione nullã habeat actu doctrinã neqꝫ sciam. sit tñ aptꝰ ad suscipiẽdũ eã. Et cũ doctrina ⁊ sciã sine libro in q̃ scripta sit nõ possit haberi cõuenientissimũ fuit. ne frustra hõ eẽt capax doctrine ⁊ sciẽ qꝫ diuina scia hoĩ librũ creauerit. in q̃ ꝑ se ⁊ sine magistro possit studere doctrinã necessariã. ꝑpter hoc totum istũ mundũ visibilẽ sibi creauit. ⁊ dedit tanq̃ librũ ꝓpriũ ⁊ naturalem ⁊ infallibilẽ dei digito scriptũ. vbi singule creature quasi lr̃e sunt nõ hũano arbitrio sed diuino iuuãte iudicio. ad demonstrandũ hoĩ sapien-

Duo libri nobis dati ista [...]

Differentia librorum istorum.

Virtus pbationis est ex testimõijs.

Quia homo naturaliter semp querit certitudinẽ ꝛ euidẽtiã clarã. nec aliter qescit nec qescere põt. donec venerit ad vltimũ gradũ sue certitudinis. Verũ qꝛ certitudo ꝛ ꝓbatio suos hꝫ gradus. ꝛ est maioꝛ ꝛ minoꝛ certitudo. maioꝛ ꝛ minoꝛ ꝓbatio. Virt⁹ autẽ ꝓbationis ꝛ causa toti⁹ certitudinis oꝛiꝉ ex certitudine ꝛ virtute testimonioꝛũ ꝛ testiũ ex quib⁹ depẽdet ꝛ causaꝉ tota certitudo. Vñ quãtomagis testes sunt certi. manifesti: ꝛ indubitati. ꝛ veri. tãtomagis est certuꝫ illud qꝺ ex eis ꝓbatur. Et si testes sint ita certi ꝛ manifesti ꝛ testimonia eoꝛũ ita manifesta vt nullo modo possit dubitari. nec nobis possint esse magis manifesta ꝛ certioꝛa. tũc illud qꝺ ex eis ꝓbabitur. sine dubio erit nobis certissimũ manifestissimũ ꝛ euidẽtissimũ. Et qꝛ quãto sunt testes magis extranei distãtes ꝛ elongati a re de qua dubitaꝉ. tãto minoꝛẽ fidẽ ꝛ certitudinem generãt. Quãto aũt testes sunt magis vicini ꝓpiqui ꝛ intranei ꝛ indubitati. tãto maioꝛẽ fidẽ faciũt ꝛ credulitatẽ. Et qꝛ nulla res magis vicina magis ꝓpinqua ꝛ magis intranea vel intrĩseca ꝛ ꝓpꝛia alteri ẽ ꝙ̃ ipsemet sibi. Et iꝺ quicq̃d ꝓbatur de aliqua re ꝑ ipsammet rẽ. ꝛ ꝑ naturã ꝓpꝛiã. maxime certũ est. Et cũ nulla res creata sit ꝓpinqoꝛ hõi. ꝙ̃ ipsemet homo sibi. iꝺ quicq̃d ꝓbaꝉ de hoie ꝑ ipm̃met hoiem. ꝛ ꝑ suã ꝓpꝛiaꝫ naturã ꝛ ꝑ illa q̃ sunt sibi certa. de illo maxime certuꝫ

Testes vicini maioꝛẽ fidẽ faciunt.

manifestū ⁊ euidētissimū est ipi hōi. Et ista est vtilitas certitudo ⁊ maxima credulitas. q̄ possit causari vl creari p ꝓbationē. Et iō ipsemet hō ex sua ꝓpria natura dz eē mediū argumētū ⁊ testimoniū ad ꝓbādū oia de hoie. s. q̄ ptinēt ad salutē hois. vel ad dānationē vl felicitatē. vel ad bonū vel ad malū ei9. Aliter autē hō nūq̄ erit vtilitate cert9. Necesse est ergo q̄ hō cognoscat seipm ⁊ suā naturā si aliq̄d velit certissime ꝓbare de seipo. ⁊ qz hō est extra seipm. ⁊ elōgat9 ⁊ distās a se ipo p maximā distantiā nec vnq̄ habitauit in domo ꝓpria. s. in seipo. immo semp māsit extra domū suā et extra se. ⁊ ex eo qz ignorat seipm. nescit seipm. ⁊ de tāto est elōgat9 ⁊ distat a seipo. ⁊ tm̄ extra seipm est. de quāto ignorat seipm ⁊ qz totaliter nescit seipm. ideo totaliter est extra seipsum ⁊ per consequens quia nunq̄ habitauit in seipso neq̄ intrauit in se. nec vidit se ignorat se. nescit quid valet. ⁊ ideo dat se pro nihilo. s. p pctō. ⁊ p paruo gaudio ⁊ modica delectatione. Qz ergo hō totaliter est extra se. iō si dz videre se. necesse est q̄ intret i se ⁊ intra se. ⁊ veniat ad se ⁊ habitet intra se. Aliter est impossibile q̄ cognoscat se nec videat se neq̄ suū valorē. suā naturā. ⁊ suā pulchritudinē naturalem. Et qz homo ignorat seipm a necessitate. et nescit domū suā in qua debet habitare. ideo necesse est q̄ alie res ducāt eū in seipm. Uerū qz hō est in alio loco sm̄ naturā. ideo si dz ascēdere ad se. necesse est eum habere scalā p quā ascēdet ad se. Tūc aūt homo ascendit ⁊ vadit ad se qñ incipit seipm cognoscere. ⁊ tot passus ⁊ gradus facit ⁊ ascēdit. quot cognitiones de seipo acquirit. Et tūc intrat i seipm. qñ cognoscit seipm. Et qz modus cognoscēdi hōis est. vt p illa q̄ sunt sibi magis ⁊ primo nota: cognoscat que sunt sibi ignota. ⁊ per illa q̄ scit ascēdet ad illa q̄ nescit. ⁊ cū semp res minus nobiles ⁊ inferiores sint homini primo cognite. ⁊ res perfecte digniores nobiliores sunt ei vltimo cognite. Et ideo qz hō est res dignior superior ⁊ pfectior hui9 mūdi. ꝓpter hoc cognoscit alias res inferiores. ⁊ vltimo cognoscit seipm. Quapropter vt hō q̄ tm̄ ē elōgat9 a se p cognitionē qz totalit ignorat se. ⁊ sit extra. se possit reduci ⁊ venire ad se p cognitionē. iō est ordinata rerū ⁊ creaturarū vniuersitas tāq̄ iter via ⁊ scala immobilis ⁊ naturalis. habēs gradus firmos ⁊ immobiles per quā hō veniat ⁊ ascēdet ad seipm. In qua vna res est inferior. ⁊ alia superior. vna perfectior et alia minus perfecta. vna nobilior et dignior q̄ alia admodum cuiusdam scale ascendēdo. Et ideo vt homo

Hō dz cognoscere alios ex seipso.

possit venire ad ipsi⁹ cognitionē necesse erit seq̄ntē ordinē obseruare. ¶ Primo op; videre ⁊ considerare ordinē rerū inter se: ⁊ diuersos grad⁹ rerū ordīatar in vniuerso: ⁊ 9siderare quālibet rē in se: ⁊ q̄d h; i seipa. ¶ Scd̄o hoc considerato op; cōpare hoiem q̄ est sup̄m⁹ inter oēs res mūdi ad oēs alias res. Et ista cōpatio fit duob⁹ modis. Primo. s. p̄ cōuenientiā; Et scd̄o per dr̄iam ita q̄ necesse ē 9siderare quā conuenientiā h; hō cū alijs reb⁹ ⁊ quā dr̄iam. Postea ex ista cōuenientia ⁊ dr̄ia manifestabunt oīa q̄ scire debem⁹ de hoie ⁊ de deo. Qr p̄ illa q̄ sunt inferiora bois. itineram⁹ ⁊ ascēdim⁹ ad hoiē; ⁊ p̄ hoiē; imus ⁊ ascendim⁹ in deū sicuti p̄ verā scalā p̄ quā debem⁹ ascendere in cognoscendo. Alr est impossibile veritatē cognoscere recte. Ita q̄ duo sunt ascensus ⁊ due diete. Prima dieta est prim⁹ ascēsus: ⁊ est de oībus iferiorib⁹ vsq̄ ad hoiem. Scd̄a dieta ⁊ scd̄s ascensus est de hoie vsq̄ ad deum.

Diuisio totius libri p̄ncipaliter. i duo.

¶ Quātū ad primū videndū est quō multi sunt gradus rerū in mūdo distincti adinuicē immobiles ⁊ firmi. ex quibus scala nature componitur ⁊ ordinat. Et op; eos numerare ⁊ cogitare quenlibet per se. vnde tota rerum vniuersitas reducitur ad quattuor gradus gn̄ales. ex quib⁹ quattuor est composita scala nature. Sed tn̄ infra quēlibet gradū generalē sunt multi gradus sp̄ales q̄ sub vno gradu gn̄ali cōtinent. Generales aūt gradus sic ordinant adinuicē. Oē qd̄ est vel est tātū. ⁊ non viuit: nec sentit: nec intelligit: nec discernit: nec vult libere. ecce prim⁹ grad⁹. Uel ē ⁊ viuit tātū ⁊ non sentit nec intelligit. ⁊c. ecce scd̄s. Uel ē viuit sentit tantū ⁊ nō intelligit ⁊c. ecce terti⁹ grad⁹. Uel ē. viuit sentit intelligit vult libere: ecce q̄rt⁹ grad⁹. Sic ergo ista quattuor eē viuere sentire: ⁊ intelligere continēt oē qd̄ est: ⁊ in istis q̄ttuor oīa claudūt: ⁊ nihil est extra ista q̄ttuor. Per intelligere em̄ cōp̄hendit discernere ⁊ velle libere.

Gn̄ales grad⁹ rerū adinuicē q̄ dicūt scala nature.

¶ In p̄rio g̊ gradu sunt oīa q̄ hn̄t eē tm̄. ⁊ non viuere nec sentire nec intelligere. Et sub isto gradu cōprēhendunt infinite res. q̄ quis oēs in hoc conueniāt q̄ hn̄t eē tm̄ ⁊ nōn viuere nec sentire ⁊c. tn̄ sub illo eē tm̄ multū dr̄nt adinuicē quia vna res h; nobili⁹ ⁊ digni⁹ esse q̄ altera: ⁊ nobiliorē ⁊ digniorē virtutē ⁊ opatiōnē q̄ altera. Unde primo in isto gradu cōtinent elemēta. s. terra: ignis: aq̄: ⁊ aer: ⁊ vnū q̄dq̄ h; suam p̄p̄riā naturā p̄ se separatā ab alijs. s. terra aqua aer: ⁊ ignis. Et ē ordo inter ipa: q: terra est infimū ⁊ quasi nullius nobilitatis. aq̄ nobilior ⁊ dignior ⁊ aer dignior q̄ aqua: ⁊ ignis nobilior q̄ aer. Considerādū

Primus grad⁹ rerum.

est ergo quilz istoz p se quantũ fieri poterit:vt videat̃ qd hz in se. grosse ⁊ vulgari mõ. Sub isto etiã gradu continent̃ oĩa q̃ gñant̃ infra terrã sicut sunt minera-lia ⁊ metalla sicut est argentũ:viuũ:plũbum:ferrũ:cu-prũ: aurũ:argentũ:stannũ.que dñt ad inuicẽ ſm ma-iorẽ ⁊ minore nobilitatẽ. Et est etiã lasurum qd exce-dit oẽ metallũ in nobilitate ⁊ p̃ciositate. Et ẽ etiã ibi sulphur:salpetra:salgẽma ⁊ a luna q̃ sunt magne virtu tis ⁊ vigoris. In isto ẽt gradu sunt oẽs lapides; tã p̃-ciosi q̃ etiã alij. Cogita ergo quãta ṽtus: q̃tus valoz est in lapidib⁹ p̃ciosis. non ex pte quãtitatis s; ex pte virtutis veluti sunt Carbũculus; Jacictus: Smarag-dus: Cristall⁹:Corall⁹ ⁊c. In isto etiã gdu continẽt oẽs celi ⁊ oia corpa celestia. oẽs planete. oẽs stelle. ac eti-am alia q̃ hñt tm̃ esse ⁊ non viuere. ⁊ oẽs res artificia-les: q̃ in hoc oẽs ꝯueniũt; q: hñt esse tm̃ ⁊ non viuere.

¶ In scdo gradu scale sunt oia illa q̃ hñt esse ⁊ viue-re tm̃ ⁊ non sentire neq; intelligere. vñ illa dicunt̃ viue re. q̃ per se mouent̃ sine alio sursum ⁊ deorsu; añ ⁊ re tro ad dexterã ⁊ sinistrã. In illo gradu ꝯtinentur oẽs plãte ⁊ arbores ⁊ herbe; q: dicuntur viuere. nã mouẽt̃ sursum deorsum añ retro ⁊c. p se ⁊ sine alio. ⁊ hoc qñ crescunt sursu; deorsu; añ ⁊ retro ⁊ p se trahũt alimen tũ a terra. ⁊ nutriunt̃ ꝯtinue ⁊ crescunt ⁊ augmẽtant̃ ⁊ generãt sua semina ⁊ suos fruct⁹. Et iõ dicuntur vi-uentia. q: p se nutriunt̃ gñant̃ ⁊ augmẽtant̃. ⁊ hoc per ṽtutẽ p̃priã quã hñt in se. ⁊ iõ p se mouent̃: ⁊ hoc non hñt elementa nisi p quãdã siĩtudinẽ. In isto aũt gdu sunt due dñe. s. herbe ⁊ arbores. Et res dignior ẽ ar boz q̃ herba. Sub isto gradu ꝯtinent̃ innũerabiles res. s. spẽs ⁊ cõplexiones arboz q̃ dñt ad inuicẽ: ⁊ vna nõ est alia: ⁊ vna ẽ nobilior altera. Siĩr continent̃ inu merabiles spẽs herbarũ: ⁊ virtutes ⁊ nature earũ qua rũ vna non est alia: ⁊ qlibet hz suã p̃priã naturã ⁊ ṽtu tẽ. ¶ In tertio gradu sunt oĩa illa q̃ hñt esse viuere ⁊ sentire tm̃. Et istud sentire cõtinet sub se videre au-dire gustare odorare ⁊ tangere ⁊ oẽs opationes quas habent aĩalia bruta pl⁹ q̃ arbores ⁊ herbe. Sub isto gradu ꝯtinent̃ oĩa aĩalia siue sint in terra: siue in aq̃: siue i aere. sicut sũt aĩalia terrestria q̃drupedia repti lia volatilia atq; pisces. ¶ Considerã quot sunt spẽs aĩaliũ q̃ ambulant sup terrã ⁊ dñas ⁊ diuersitates eo-rũ ac spẽs ⁊ dñas auiũ: ⁊ nobilitates earũ siĩr pisciũ. ¶ In aĩalibus aũt sunt tres gradus p q̃s aĩalia ad in uicẽ ordinãtur ⁊ diuidunt̃ atq; distingũtur. Qm̃ q̃da; sunt aĩalia q̃ hñt sensum tactus tm̃. ⁊ nõ hñt memoriã

Secũd⁹ grad⁹ rerum.

Terti⁹ g̃dus rerũ

nec auditū. sicut ↄchilia ⁊ alalia arborib⁹ affixa ⁊ radicibus. Et iste est primus et infimus gradus. Quedā eīm sunt q̄ hn̄t sensum tact⁹ ⁊ memoriā ⁊ nō auditu₃. vt formica. ⁊ iste ē scd̄s gradus. Quedā sunt q̄ habēt sensu₃ memoriā ⁊ auditū vt aīalia pfecta vt canis: catus ⁊ similia. ⁊ iste est terti⁹ gradus. ¶ Quartus gradus nō pōt eē. s. q̄ aliq̄ sint que habeant auditū et nō memoriā q: vbicūq₃ est auditus. ibi est memoria relicta ex auditu. Prīa aīalia q: nō hn̄t memoriā nō hn̄t ēt prudētiā. ⁊ q: nō hn̄t auditū nō sunt disciplinabilia nec pn̄t moueri de loco ad locū distātē. q: nullum aīal pōt moueri de loco ad locū nisi habeat memoriā ¶ Scd̄a aīalia q̄ sunt in scd̄o gradu. q: hn̄t memoriā hr̄e pn̄t aliquā prudētiā. ⁊ moueri pn̄t de vno loco ad aliū. sicut dicim⁹ q̄ aliq̄ prudētia ē in formica q̄n ↄgreget grana frumēti ad aliquē certū locū. et hoc ē pp ter mēoriā. s₃ q: nō hn̄t auditū iō nō sunt disciplinabilia. ¶ Tertia aīalia q̄ sunt i tertio gradu. q: hn̄t memoriā ⁊ auditū. iō sunt aliquo mō disciplinabilia. vt canes ⁊ aues. Et ista oīa tā de prīo q̄ scd̄o ⁊ tertio ↄtinent̄ sub gn̄ali gradu. s. sub tertio. q: oīa dicūt̄ sentiētia. Tn̄ aīalia primi gradus sunt ppinq̄ssima plātis ⁊ iō sunt infima. Aīalia scd̄i gradus sunt magis distātia a plantis. ⁊ iō sunt nobiliora. Aīalia tertij gradus sūt magis

Quartus gradus rerum.

elōgata a plantis. ⁊ iō sunt adhuc nobiliora. ⁊ hoc de tertio gradu. ¶ In quarto gradu sunt oīa illa q̄ hn̄t eē. viuere sentire ⁊ intelligere. discernere. velle. ⁊ nolle libere. siue q̄ hn̄t liberū arbitrium. In isto gradu sunt hoīes q̄bus nihil deficit in natura. nec₃ aliq̄d pōt eis vltra addi. q: supra liberū arbitriū nō ē aliq̄s gradus nec est ascēsus vlterius in natura. Nō eīm est maior dignitas naturalis q̄ est liberū arbitriū. vnde q: hoīes habent rōnem. ideo pn̄t intelligere. discernere. iudicare. ratiocinari. ⁊ sunt capaces ⁊ susceptibiles cognitionis experimētalis. ⁊ artis. et sciētie. ac doctrine. q̄d nō hn̄t alia aīalia. Et q: hn̄t liberū arbitriū scd̄m naturā ideo pn̄t vellē. ⁊ nolle: cōsentire ⁊ discernere spōte ⁊ libere abs₃ coactiōe quod nō possunt alia aīalia. De isto quarto gradu latius dicet̄ i titulo. lx). lxiij. ⁊. lxv. ⁊c. Et sic completa est tota scala nature cu₃ suis gradibus. Et hec est prīa cōsideratio in hac scientia radicalis ⁊ fundamētalis. s. ↄsiderare istos gradus in se ⁊ bene plantare ⁊ radicare eos in corde et figurare sicut in natura realiter.

¶ Sequitur cōparatio hoīs ad alias res inferiores scd̄m couenīētiam ⁊ differētiā siue comparatio quar-

ti gradus ad tres gradus p̄cedētes Et p̄io scd̄m conuenientiā ꝛ hoc dupliciter.s.scd̄m cōuenietiā gn̄alem et secundum conuenientiam specialem.

Titulus.ij.

Incipit p̄ma pars his huius operis.

COnsideratis istis gradibꝰ reruꝫ q̄ sunt in mundo p̄ sensuꝫ ꝛ experiētiaꝫ.de q̄bꝰ nullus pōt dubitare. Nūc opꝫ facere cōparationē ꝛ cōpare vnā rē ad aliā et cōparare hoiem ad oēs alias res.ꝛ hoc scd̄m conuenietiā ꝛ drīam.s.in quo cōuenit hō in alijs rebus inferioribus ꝛ in quo differt ab eis. Et in ista cōparatiōe cognoscet seipsuꝫ ꝛ hoc qd̄ est supra ip̄m.s.deū ꝛ suuꝫ cōditorē. Consideret ergo hō p̄io cōuenietiā quaꝫ hꝫ cū alijs rebꝰ. Et p̄io gn̄aliter scd̄o sp̄aliter. Vn̄ hō cōuenit cuꝫ oibꝰ alijs rebꝰ insensibilibꝰ ꝛ hꝫ cōuenietiā cū eis.qꝛ hꝫ i se illa q̄ alie res insensibiles hn̄t:ꝛ easdē p̄fectiōes ꝛ oēs gradus. Vn̄ h[illegible] se eē sicut res in primo gradu.vt sunt elemēta qꝛ [illegible] et i se.lꝫ inuisibiliter q̄ttuor elemēta ꝛ sub alia forma.ꝛ nutrit p̄ elemēta. ꝛ hꝫ vitā in eis ꝛ habitat i eis.ꝛ sine eis non pōt viuere ꝛ cōseruari p̄ vnum momētū:ꝛ sic cōuenit cū eis et cū oibꝰ q̄ hn̄t eē tm̄ ꝛ nō viuere gn̄aliter.

Generalis conuenientia hominis cum alijs rebus.

Itē conuenit cū rebus scd̄i gradus vt sunt plāte ꝛ arbores ꝛ herbe: qꝛ hꝫ esse viuere ꝛ nutriri sicut ille augmētari generare ꝛc. Qm̄ hō viuit.nutritur.crescit.gn̄at.sicut arbores ꝛ plāte.

Secūda cōuentōtia.

Etiā cōuenit cū rebꝰ tertij gradus. vt cū aialibus brutis q̄ hn̄t eē viuere ꝛ sentire. vn̄ hō habet visuꝫ auditum gustū tactū ꝛ odoratū dormire et vigilare comedere ꝛ bibere sicut alia aialia. Ergo magnam conuenietiā hꝫ cū eis.

Tertia cōuenietia.

Illa ergo q̄ sunt in alijs rebꝰ trium graduum sunt in hoie. Ergo hꝫ cōuenientiā cōfraternitatem ꝛ amicitiā cū oibꝰ alijs rebus inferioribꝰ.

Nota.

Sꝫ tn̄ dꝫ hō ꝯsiderare ꝙ illa q̄ res inferiores hn̄t diuisim hō hꝫ oia illa cōiūctim et simul vt declarādū est. Naꝫ oia hꝫ hō ꝛ nihil sibi deficit de omnibus q̄ttuor gradibus nec aliq̄d pōt sup̄addi. nec aliq̄s gradus pōt esse supra hominem in dignitate.qꝛ hꝫ esse viuere sentire. ꝛ intelligere.ꝛ liberum arbitrium ꝛ sic que sparsim ꝛ diuisim sunt in alijs rebus per suas portiones sunt in homine coniunctim ꝛ nihil ei deficit.

Hic ostenditur fructus qui ex ista comparatiōe sequitur.quoniam ad oculum probatur ꝛ concluditur ꝙ aliquis est dominus inuisibilis supra hominem qui ipsum condidit ꝛ omnes istos gradus ordinauit.

Titulus.iij.

Nunc oportet considerare q̄d dʒ hō arguere ꝛ concludere ex ista cōparatione. ꝛ q̄d debet ex ide arguere. certe q: hō hʒ cōiunctim ꝛ simil'r illa q̄ alie res hn̄t diuisim. dʒ arguere ꝙ ille idē qui ordinauit diuisim alias res ꝛ naturas dādo cuilibet suā portionē. ꝙ ille idē nūero ꝛ nō ali⁹ coniūxit oīa simul in ipo hoīe. s. cōiunxit esse viuere. sentire. ꝛ intelligere ꝛ liberū arbitriū. Ergo ille idē q̄ dedit reb⁹ inferiorib⁹ hoc qd̄ hn̄t dedit homini hoc qd̄ hʒ. Ergo sicut hō nō dedit alicui rei inferiori hoc qd̄ hʒ: ita sibimetipi nō dedit illd̄ qd̄ hʒ. Sicut ergo hō nō dedit inferiori rei esse neqꝫ viuere neqꝫ sentire. Ita nec hō dedit sibiipi. neqꝫ esse viuere neqꝫ sentire neqꝫ intelligere. Ergo eadē manus oīa fecit. Idē dn̄s idē artifex oīa ordiauit ꝓportionauit ꝛ limitauit.

Querendo ducit i cognitionem dei. ¶ Queram⁹ ergo quare res ꝑmi gradus nō hn̄t plus ꝙ̄ esse. ꝛ nō hn̄t neqꝫ viuere neqꝫ sentire vt elemēta? q̄s limitauit eis vt nō plus haberēt? Et q̄s limitauit arboribus ꝛ plātis vt nō haberēt plus ꝙ̄ viuere. ꝛ aīalibus vt nō haberēt plus ꝙ̄ sentire? Quis fecit aīalia ascēdere ad illū gradū vltra arbores ꝛ plātas ꝛ nō vltra? q̄s mēsurauit eis in tali mēsura ꝛ nō alia? quare hoīes hn̄t vltra ista tria intelligere velle ꝛ nolle ꝛ liberū arbitriū? Quis coniunxit ista tria cū libero arbitrio simul. ꝛ vltra nō est ascēsus? sed in hoīe est finis ꝛ cōplemētū ꝛ i eo sunt oīa ꝛ ei nihil deficit? Quis exaltauit hoīem vltra arbores ꝛ aīalia bruta. Queramus an hō ista coniunxit in seipo vt nihil ei deficiat. Et an ipe seipm̄ sic exaltauit ꝛ supra oīa alia eleuauit an ali⁹ hoc fecit. Queram⁹ an ista ordinauerūt ꝛ mensurauerūt seipa. vt qd̄ lʒ tm̄ ꝛ nō plus haberet vel ali⁹ alter ab eis hoc fecit. an oīa ista dederint sibimet hoc qd̄ hn̄t tm̄ ꝛ nō vltra vel aliq̄s alius dedit eis.

Solutio. Sʒ est impossibile ꝙ oīa ista seipa mēsurauerunt ꝛ sibiipis dederūt hoc qd̄ hn̄t. ꝛ tn̄ sūt ordinata ꝛ mēsurata. Ergo aliq̄s ali⁹ extra supior oībus ista ordinauit: mensurauit ꝛ limitauit. ꝛ dedit eis qd̄ hn̄t. Ergo idē magister idē artifex. eadē man⁹ oīa ordinauit. mensurauit limitauit. ꝛ cuilibʒ suū ꝓpriū gradū dedit. Et ille idē q̄ fecit ascēdere arbores supra elemēta in dignitate. ꝛ aīalia supra arbores. ꝛ hoīes supra aīalia. Et ille idē q̄ ordinauit vt arbores viuerēt ꝛ nutrirētur capiēdo cibū immediate a terra ꝑ radices cōiūctas infra terrā. ille met ordiauit ꝙ aīalia viuerēt ꝛ nutrirent̄ ꝑ os et nō ꝑ radices. ꝛ hoīes silr̄ vt ꝙ̄uis cōe sit viuere herbis aīalibus ꝛ hoībus. nihilominus nobilior modus viuendi

est in aialibus ꝙ̄ in arboribus ⁊ herbis ⁊ nobilior adhuc in hoibus ꝙ̄ in aialibus. Et q̄s hoc ordinauit. et quis inuenit istos tres modos ⁊ gradus nutriēdi ⁊ viuēdi. Nōne idē dñs ⁊ idē artifex. Preterea quis oia ista cōseruat vt qdlʒ maneat in suo gradu. in suo statu. ⁊ in suo ordine. Quis fecit istos gradus stabiles vt permaneāt cōtinue sine cōfusione. Quis manutenet vt terra maneat terra. ⁊ aqua aqua ⁊c. Nōne idē dñs q̄ ordinauit ⁊ q̄ dedit. Cōclusio. Ergo tu hō qd̄ accepisti habes ab eodē a q̄ alie res acceperūt hoc qd̄ hñt. Ergo tu ptines etiā ad ordinē aliarū rerū. ⁊ facis vnū ordinē cū eis. ⁊ vnā hierarchiā. Ergo sequit̄ ꝙ tu es illius cuius sunt alie res ⁊ ɔseruaris ⁊ gubernaris ab eodem a quo alie res gubernant̄ ⁊ cōseruant̄. Ergo sicut alie res nō sunt sui ipsius. sʒ sunt illius q̄ fecit eas vñ sequitur ꝙ tu hō nō es tui ipsius. sʒ illius cuius sunt alie res ergo tu es illius cuius est terra. cuius est aq̄ ⁊c. ⁊ alia elemēta in q̄bus tu habitas. Ulterius cōclude ⁊ argue. Tu hō nō dedisti tibi hoc qd̄ habes nec res inferiores dederūt tibi hoc qd̄ habes. nec talē te fecerūt. ergo aliquis maior ꝙ̄ tu. Et qui est supra te dedit tibi hoc quod habes. quia ab alio habes post ꝙ̄ a teipso non habes. nec ab eterno habuisti.

Alia rō ad idē.

Cōclusio vnius veri sūmi dei

¶ Quomō necessario est vnus dñs tm̄ q̄ ē supra hoies.

¶ Titulus.iiij.

Preterea necessario sequit̄ ꝙ ille q̄ est supra hoiem. a quo hō habet quicq̄d hʒ est vnus dñs ⁊ non plures. Quāuis eñ sunt pluresq̄ ⁊ innūerabiles res et diuerse, in istis quattuor gradibus tñ nō est nisi vnus ordo vna ordinatio inter oēs. Oia eñ habēt ordinē vnū. oia eñ sunt cōiuncta, oia colligata in vno ordine. Oia ascēdunt ordinate de gradu i gradū. de minore ad maius semp ad digniora ascēdendo. Ergo vnitas ordinis demōstrat vnū solū ordinatorē. vnū gubernatorē. vnū artificē qui tā diuersa coniūxit in vno ordine. Itē quomō tā diuerse res ⁊ ɔtrarie ad inuicē. sicut sunt aqua ⁊ ignis. humidū ⁊ siccū. ⁊ alie res multe adinuicem cōtrariātes possunt cōiungi in vno ordine ⁊ cōseruari infra vnū ordinē. nisi esset vnus solus nūero q̄ oia ordinauit. Nō eñ duo cōtraria naturaliter possunt cōuenire in vno ordine nisi per vnū ordinatorē. Ergo contrarietas rerū in vno ordine arguit vnū artificē tm̄. Preterea elemēta intrāt herbas ⁊ arbores ⁊ nutriūt eas. ⁊ fructus earū ɔtinue. Et fructus ⁊ herbe intrāt aialia ⁊ nutriūt ea. Et etiā tā fructus ꝙ̄

Probat ꝙ sit vnus deus.

Scd̄a rō

Tertia ratio.

herbe animalium quam carnes intrant homines et nutriunt eos et celestia corpora vt sol et luna continue influunt in ista inferiora. et dant vigorem et lumen et calorem continue eis: et ista recipiunt. Omnia ergo vnum tendit ad alterum: vt videmus per experientiam quod vnum sustinet aliud. et omnia se mutuo iuuant et inferiora seruiunt maioribus et superioribus ordinate: et in hoc faciunt vnum ordinem vnam amicitiam: vnam vnitatem. Ergo sequitur quod tantum est vnus qui omnia ista gubernat et ordinat et confederat in vnam societatem. Item videmus

Quarta ratio.

quod primus secundus et tertius gradus ordinantur ad quartum tanquam ad digniorem et sunt propter illum. sed in primo gradu est maxima rerum diuersitas. multe species et nature. et in secundo gradu est maxima rerum et specierum diuersitas et in tertio similiter. sed in quarto et supremo non est nisi vna natura vna species. scilicet hominis. et omnes homines sunt eiusdem nature et dignitatis naturalis. nec est aliqua diuersitas. quia equaliter omnes habent liberum arbitrium. quod est propria dignitas hominis et suprema. per quod facit suum proprium gradum: et differt ab aliis gradibus. Si ergo plures et innumerabiles nature rerum et diuerse que sunt in mundo tendunt ad vnam solam naturam et non ad plures tanquam ad superiorem et digniorem eis. et vni soli seruiunt et non pluribus. videlicet humane nature. Ergo multomagis humana natura debet tendere ad vnam solam naturam sibi superiorem et dominantem et ad plures. et seruire vni soli nature et non pluribus naturis. Unde enim esset hoc quod alie nature inferiores et minus digne tenderent ad vnitatem et vnicam naturam solam tanquam ad maiorem: et humana natura que dignior est tenderet ad plures naturas tanquam ad maiores et dominantes: et omnes res inferiores homine tendunt ad vnitatem. et humana natura dignior omnibus ad quam tendunt alie omnes tenderet ad diuersitatem. hoc non patitur natura nec ordo rerum

Concludit esse vnum deum.

quod inferiora et minus digna tendant et ordinentur ad melius fortius et ad nobilius et superiora et magis digna tendant ad peius et debilius. Sed melius et fortius et dignius est tendere ad vnitatem quam ad diuersitatem et ad vnum quam ad plura. quia tendere ad vnitatem et ad vnum est tendere ad esse. ad bonum ad fortitudinem et ad conseruationem. Sed ire et tendere ad diuersitatem et pluralitatem est ire ad non esse ad malum. et ad diuisionem. ad debilitatem. et ad destructionem. Quare si omnes he nature et species inferiores tendunt ad vnicam naturam tantum. scilicet ad humanam. ergo multomagis humana natura sibi dominantem et supremam cui debet soli seruire et non ad plures. Ergo vnica sola natura est supra hominem que dominatur homini.

¶ Quod non solum est vna sed est magis vna quam sit humana natura. ¶ Titulus. v.

Sed vlterius restat ostēdere ꝙ illa naturā que existit vltra hoīeȝ ⁊ cui subijcit̄ hō nō solū sit vna imo magis vna ꝙ̄ hūana natura. Si ei hūana natura ad quā tēdūt oēs res iferioris nature. ē magis vna ꝙ̄ sūt oēs īferiores: qr ille sūt ptes ⁊ diuerse nature ⁊ spēs: ⁊ int̄ eas ē magna diuersitas ⁊ modica vnitas i hūana aūt natura ē vnitas i natura ⁊ i spē. Ergo silr in natura illa q̄ ē supra hoīeȝ: ⁊ cui hō subijcit̄ dȝ eē: magis vna ꝙ̄ hūana natura: ⁊ i ea dȝ maior vnitas eē. Sȝ īferiores nature q̄ seruiūt hūane sunt ples ⁊ diuerse in spēbus ⁊ in diuiduis. humana natura est vna in natura ⁊ in specie sed plures ⁊ diuersa in idiuiduis. Ergo illa natura que est supra hoiem et que dominat̄ homini debet esse vna in natura ⁊ in specie ⁊ vna in indiuiduis Ita ꝙ in eā nō debet esse nisi vna natura: vna spēs: et vnū indiuiduū. ⁊ nulla diuersitas in indiuiduis. aliter nō esset magis vna ꝙ̄ humana natura. Ergo sicut humana natura est solū vna ⁊ eadē specie. ergo illa q̄ est supra humanā naturā debet esse vna ⁊ eadem numero nullo modo multiplicata: quia vltra vnitatē in specie. nō est maior vnitas: ꝙ̄ vnitas in numero: vt sicut oēs nature inferiores homine sunt colligate cum vna natura specie. s. cum humana. Ita humana natura que est vna sola in specie. sit colligata cum vna alia natura supiore que sit tota vna numero: vt mūdus sit colligatus ⁊ vnus: et termitetur ⁊ finiatur in summā vnitate ⁊ maiori que possit esse. Et sicut humana natura est alia. ⁊ distincta ⁊ separata ab alijs naturis inferioribus. Ita etiam illa natura que est supra hominem que ordinauit omnia. est summe distincta et separata ab humana natura et ab omnibus alijs naturis habens suum proprium esse in se. Et hoc est diuina natura oīa ordinās. oīa regēs: et ēt oīa conseruās.

(margin: Unitateȝ diuie nature probat.)

¶ Qđ talis natura sit actu infinita. ¶ Titu. vi.

Preterea diuina natura q̄ est supra om̄es naturas. dȝ eē maior ꝙ̄ oēs alie. Ita etiam dȝ esse maior ꝙ̄ humana natura. Sȝ hūana natura est infinita i possibilitate. qr est multiplicabilis. ꝙ̄tū est de se. in infinituȝ. qr sibi nō repugnat. quin duob⁹ hoib⁹ existibus. s. mare ⁊ femia. pcreet̄ terti⁹ ꝙ̄tū est de natura. Ita silr est de natura ignis: qr i ifinitū pōt crescere ⁊ mltiplicari appositꝭ ɔbustibilib⁹. Ergo diuia natura cū nō sit fctā ē maior hūana ⁊ ꝙ̄ oēs nature fctē. Si ḡ hūana natura sit ifinita possibilitate cū sit facta. sequit̄ ꝙ diuinā

natura sit infinita magis ⁊ hoc non pōt eē nisi actu: qꝛ
Uti preceděti capitulo pbatū est. inter actū ⁊ potentiā nihil ē mediū. Et qꝛ nullo mō pt multiplicari in indiuiduo. seqtur ꝙ tota infinita actu est in vno indiuiduo: ⁊ extra illd indiuiduū non pōt eē. Ergo diuina natura q̄ ē supra hoīem ē vnū solū indiuiduū infinitū actu. sicut si oēs hoīes possibiles qui sunt infiniti. eēnt vnꝰ ⁊ singlaris hō. ⁊ vnū indiuiduū Ergo pbatū ē ꝙ illa natura q̄ est supra hūanā naturā ⁊ vnū indiuiduū q̄ fecit eā ē vna solo nūero ⁊ īfinita
Probat ꝙ nō sint plės dij. actu: ⁊ p ꝯñs ꝙ vnꝰ est solꝰ dñs ⁊ deꝰ. Si em̄ eēnt plēs. an eēnt ꝯrij ⁊ discordes. an amici cōcordes. Si discordes ordo rerū nō eēt vnꝰ neq̄ mūdꝰ eēt colligatꝰ. ⁊ ordinatꝰ sicut ē. Si amici ⁊ ꝯcordes. Aut eēnt necessarij insimł cōiuncti. Aut vnꝰ sufficeret. Si ambo eēnt necessarij tūc sp vnꝰ indigeret altero. ⁊ necessario sp deberēt eē ꝯiūcti adinuicē. Et hoc nō pōt eē: qꝛ tūc non possent dare alicui rei nec eē: nec viuere: nec sentire: nec intelligere: nec ꝯseruare ordinē rerū in suo statu: qꝛ ambo eēnt indigētes cū vnꝰ nō posset eē sine altero Si aūt vnꝰ sufficeret supfluū eēt ponere alterū sine necessitate. ⁊ hoc ordo rerū nō pmittit. vñ non sūt duo soles qꝛ vnꝰ sufficit. neq̄ in aīalibꝰ ⁊ hoībꝰ duo capita qꝛ vnū sufficit. Ita nō sūt duo mūdi. qꝛ vnꝰ sufficit. neq̄ duo ī mūdo: qꝛ vnꝰ sufficit Si igit̄ in rebꝰ īferioribꝰ est talis vnitas ⁊ nulla superfluitas. Qūo in tā supma natura ⁊ pfectissima eēt supfluitas q̄ sic oīa ordinauit.
Cōclusio Cōclusio. ¶ Ecce hō ex ista cōparatiōe cū alijs rebꝰ ⁊ naturis cōsiderādo cōueniētissima quā hēs cū eis. ⁊ cōparādo vnā naturā cū alia. ⁊ vnū gradū cū alio inuenisti ⁊ cōclusisti aliā naturā inuisibilē eē supra te sicut tu es sup alias creaturas quē oēs istos gradus ordinauit et mēsurauit in rebus ergo aliqs ē supra te q̄ est maior q̄ tu. Illius ergo es opꝰ illꝰ es factura et creatura. Manus sue sic te fecerūt. Ille ergo est dñs tuꝰ et pr̄ tuus. ⁊ oīm aliarū rerū q̄ sunt infra te. deinde hēs superiorez habes vnum et non plures. ⁊ eundem quem habent alie res.

¶ Qꝛ ex comparatione istorū q̄ttuor graduū ad deū probatur ꝙ ipse habet esse. viuere. sentire et intelligere siue liberū arbitrium.

¶ Titulus. viij.

Ostq̄ per ipsos quattuor gradus cōparando vnuz ad alterū. homo ad tantam ascendit notitiam ꝙ inuenit suum factorem quē nō videbat esse realiter ⁊ existere vnū nūero ⁊ actu infinitū nō dꝫ desistere ab in-

re ab inquisitione. immo magis oz laborare si poterit ipm magis cognoscere in spali sz qualis sit quales cõditiones hz. Et hoc cõparãdo istos qttuor gradus ad ipm. Uñ postq̃ ipse solus. et nullus alius ordinauit produxit et mensurauit istos gradus. s. esse viuere: sentire et intelligere. siue liberũ arbitrium. dãdo aliqbus esse tm̃ aliquibus esse et viuere tm̃. ergo seqtur necessario q̃ ipe hz in seipo istos gradus postq̃ dedit alijs. ergo seqtur q̃ ipe est. viuit. sentit. et intelligit: et hz liberum arbitriũ: Ergo habet esse viuere sentire et intelligere et velle et nolle libere et sponte.

¶ Quõ deus hz in se esse viuere sentire et intelligere. Titu. viij.

Et qz ipe a nullo recipit ista: qz nihil est supra ipm a quo reciperet ista ergo hz oia ista sine mẽsura et sine termio: et sine limitatiõe. Quia qs limitasset vel mẽsurasset sibi cũ a nullo habeat. nec etiã ipemet sibi mẽsurauit. qz ipemet nõ dedit sibi eẽ nec viuere nec sentire. etiã qz tũc aliqñ ea non habuisset: et sic aliqñ nõ fuisset. Ergo qñ non erat quõ poterat sibiipsi dare vel alijs. Igitur ista nõ sunt sibi data. nec ab aliq̃ nec a seipso: et tñ habet ea. ergo ab eterno et sine principio hz a seipo. ergo nihil recipit. nec ista sunt recepta in eo nec data et tñ hz et sunt in eo realiter et verissime: seqr q̃ sunt i eo sine mẽsura et sine termino. Quare cõcludit q̃ suũ eẽ est ifinitũ imẽsuratũ et sine termino. et silr suũ viuere suum sentire suum intelligere etc.

¶ Hic tractat de his qttuor gradibus put sunt i deo. et ondit qualiter cõueniũt et cõparãt adinuicẽ. Et primo ondit q̃ esse est principiuz radix et fundamentum omnium aliorum. Titulus. ix.

Et qz nos videmus p experiẽtiã q̃ eẽ põt inueniri sine viuere. sine sentire. et sine itelligere vt i rebus pmi gradus sz non ecõuerso. sine eẽ em̃ nõ pt iueniri viuere. neqz et sentire sine eẽ. neqz itelligere silr. qz oẽ qd viuit. ẽ. sz nõ ecõuerso. Et oẽ qd sẽtit viuit sz nõ ecõuerso. Et oẽ qd intelligit sentit. et nõ ecõuerso. ipsuz esse em̃ sepatim põt repiri sine alijs. sz alia nõ pñt inueniri sine eẽ. Seqtur g̃ q̃ oia alia sustẽtant et fundant in ipso eẽ. Ergo eẽ est pricipiũ radix atqz fundamentuz oim aliox et oia portat. et ipsuz eẽ a nullo portat neqz sustinetur neqz fundatur.

¶ Quod in deo idẽ sunt viuere sentire itelligere et oia alia idẽ sunt q̃ ipm esse et idẽmet eẽ. Titulu. x.

Et qr oia ista sunt in deo vt pbatū ē. ḡ eē in deo erit pncipiū radix z fundamētū alioꝝ. z cū ipse a nullo recepit esse nec p ꝯñs viuere sentire nec intelligere. Ergo seqtur ꝙ viuere, in ipo nō ē receptū in ipo eē neqꝫ sentire in ipo viuere: nec intelligere seu liberū arbitriū in ipo sentire: z sic de alijs. Quare seqtur ꝙ viuere nō est ꝯiunctū cū esse: nec sentire cū viuere. nec itelligere cū alijs. nec in eo est aliq̄ ꝯiūctio ipoꝝ. Qr ꝗs ꝯiūxisset ea sil'. ꝗs adiūxisset vnū alteri. cū nullus sit añ ipꝫ. nec supra ipm. qm̄ si in eo esset aliq̄ ꝯiunctio. tūc absqꝫ fallo esset factus. et sic eum aliquis fecisset z coniunxisset vnum alteri: z sic aliquando non fuisset nec etiam sibimet coniunxisset quia tūc nō esset summe simplex: quia coniunctio opponit simplicitati cū fiat inter diuersa. Sꝫ cū verissime sint in eo: qr alijs dedit. seqtur necessario ꝙ in deo eē viuere sentire z intelligere nō sunt ꝯiūcta. sed in ipo deo viuere est idē ꝙ eē. z sentire idē ꝙ eē z intelligere idē ꝙ eē: ḡ oia idē sunt ꝙ eē: z qc qd est in ipo idē ꝙ eē. ergo oia idē sunt ꝙ eē. qr eē est pncipiū z fundamētū: ḡ in deo nostro idē est eē ꝙ viuere. idē eē ꝙ sentire. idē eē ꝙ intelligere. z sic de alijs. z esse est oia. z oia sunt ipsummet eē. al's in ipo aliqua coniunctio esset ex diuersis qd est impossibile.

¶ Qꝫ eē est radicale fundamentū z regula ad probādū z cognoscendū oia alia de deo z ꝙ quale est suū eē talia sunt oia z ꝙ oia conueniunt ei per esse. Tit. xi.

Et qr eē est primū. z in deo oia alia sunt idē ꝙ eē Ergo seqtur ꝙ qcqd dr de esse dei. dr de oibus alijs. z qcqd attribuit ipi eē. attribuitur oibus alijs: z eo mō quo eē se hꝫ in deo. eodē mō se hñt viuere. sentire: intelligere: velle z nolle. z qr eē est primū: oia ꝯueniunt ei per suū eē. Jō si volumꝰ cognoscere q̄le est suū viuere. suū sentire. suū intelligere. suū velle. z alia: nō opꝫ nisi videre q̄le est suū eē. ḡ totū fundamentū est in eē z tales cōditiōes quales hꝫ suū eē tales hñt oia alia. z p ipsuꝫ eē tanq̄ p mediū pbantur oia alia. Ecce habemꝰ vnū fundamētū radicabile ad sciendū z ad cognoscendū oia de deo nr̄o. cognito ḡ ipo eē oia manifesta videbūtur nobis. Ecce ḡ breuissimā doctrinā. cognoscamus igi: ipsum eē si volumus alia cognoscere. z videamus proprietates ipsius esse.

¶ De cōditionibus z pprietatibꝰ. z etiaꝫ de doctrina ipsius esse. Titu. xij.

Dei esse Quia ergo ipm eē est ianua z principiū ad

nō ē plura nec diuersa.

intrandū in oīa alia. Jdeo queram⁹ cōditionē ipsius esse. vñ qꝛ eē dei nō est receptū ꝑ ipmmet deū nec datū nec cōicatū similit ab aliq̄. sequit̄ q̄ i suo eē nulla ē plalitas nec multitudo. nec itelligi pōt. nec aliq̄ cōiunctio ē i suo eē duoꝝ vel pluriū qꝛ q̄s cōiunxisset ea. cuꝫ a nullo receperit eē. nec ipemet dedit sibi suū esse. Ergo suū esse. scꝫ dei nullā habet pluralitatē nullā diuersitatē nullā compositionē sed hꝫ oīmodam ꝛ summam vnitatē indiuisibilē ꝛ simplicitatem carens oīno partibus. ac per hoc ipm esse dei est summe vnum summe indiuisibile ꝛ summe simplex. ꝛ ꝑ consequens purissimū nihil habēs secū pmixtū.

Esse dei est suum esse.

Preterea sequit̄ q̄ deus est suūmet esse. eo q̄ suū eē est simplicissimum. ꝛ qꝛ a nullo recepit eē. ꝛ ideo de se hꝫ suuꝫ esse ꝛ est ipmmet eē et totū eē. et. nulla alia res est suuꝫ eē quia omnis alia res recipit ab ipso suū eē. et per consequens habēt nō eē. de se. qꝛ oē quod de se non habet eē ve se habet nō eē et hoc ideo qꝛ inter eē et non eē non est dare medium. Ergo nulla alia res est suuꝫ eē. sed magis dr̄ de se non eē et nihil. Igitur in omni alia re possum⁹ intelligere eē ꝛ nō eē. nō eē de seipsa. eē autem habet ab alio. In deo autē non possum⁹ intelligere non eē. quia de se habet eē ꝛ nullo mō non eē.

Esse dei excludit omne nō esse.

Et ideo omnis alia res dicitur hr̄e eē. sed non est suuꝫ eē. sed de⁹ habet eē et est suuꝫ eē. Sed improprie dicitur habere eē qꝛ est suū eē Colligam⁹ iā pbata de ipo eē. vñ dei eē nō est ab alio receptū ꝛ est simplicissimū ꝛ est ipemet de⁹. ꝛ de⁹ est ipmmet eē. Et ideo sequit̄ q̄ eē dei est ifinite elōgatū a nō eē ꝛ ab ipso nihil. vñ qꝛ de⁹ est ipm eē. et est suū eē ꝛ nō ab alio acceptū. suū eē nō venit a non eē. neq̄ de nihilo. nec ab aliq̄: sꝫ est totalr̄ primuꝫ. qꝛ si eē nō eēt primū tūc nō eē ꝛ nihil eēt primū. ꝛ tūc ipꝫ eē nunq̄ posset existere: qꝛ nunq̄ nō esse ꝛ nihil de se nō potuissent fecisse eē. ḡ necessario ipꝫ eē ē pncipiuꝫ totalr̄ ḡ ipꝫ fugat totalr̄ nō eē ꝛ ipm nihil.

Esse dei est infinitum.

Et iō ipm nō eē ꝛ nihil nullo modo possunt aliquid in ipso deo eē nec pnt ipm destruere nec diminuere. Et ꝑ ꝯñs ipꝫ eē qd est de⁹ nō pōt nō eē. Iō semper necesse est eē. ꝛ ipossibile est nō eē. Et ꝑ ꝯñs nunq̄ est deficiēs nunq̄ incipiēs. Sꝫ est etern⁹ sine principio ꝛ sine fine. Ulterius qꝛ ipm eē cū sit primū fugat totaliter ipm nō eē sequit quod ipm eē quod est deus est infinitum interminatum nō limitatum non clausum. quia eē nō potest restringi nisi per nō eē quod est suum oppositum. Et quia nullum non eē potest eē in ipso eē. sequitur q̄ eē se extendit in infinitum. Et per consequēs ipsius

esse qđ est ipsemet deus habet in se quicqđ ptinet ad esse. Et ideo oēs modos ꝛ gradus essendi. ꝛ infinitos modos ꝛ gradus essendi hꝫ sicut si esset infinitꝫ in quātitate. vt infinita magnitudo cōplecteret ꝛ cōprehēderet oēs gradus ꝛ modos quātitatis. vt si esset infinitū nūero infinitos nūeros cōplecteret. et infinitos modos ꝛ gradus numeroꝝ cōprehēderet. Ita infinitum esse hꝫ infinitos modos ꝛ gradus essendi ꝛ etiāꝫ fugat a se infinitos modos ꝛ gradus nō essendi. ꝛ infinita non esse. ꝛ quicquid ptinet ad nō esse. Quare sequitur ꝙ ad nihil est in potentia. ꝛ nihil pōt recipere cū nulla additio ei posset fieri. qꝛ nullū esse ei deficit: qꝛ tūc in ipso esset aliqđ nullū esse ꝛ deficeret ei aliqđ esse. vñ nō esset adhuc qđ posset esse. ꝛ adderet ei aliquid. Ideo necesse est ꝙ sit semꝑ actu quicqđ pōt esse Et exinde sequit ꝙ est actualissimū ꝛ cōpletissimū et perfectissimū maximū. Et qꝛ in infinitum elongat a non esse. ideo est immutabilissimū. Qꝛ si mutaret haberet aliqđ non esse. scꝫ ante mutationē loci ad quē et post mutationē loci a quo sꝫ semꝑ permanet id qđ est sine omni permutatione. nec decurrit de vno in aliud ergo nō hꝫ pteritū esse. nec futurꝫ esse. sed tm̄ esse ꝑsens. id est nihil esse noui acquirere pōt. nec potest aliquid qđ hꝫ perdere. Itē qꝛ deus est esse infinitum non terminatum. ideo est fons ꝛ mare infinitꝫ essendi infinitū sine mēsura sine termino sine fundo. Concludamus ꝛ colligamus illa que dicta sunt de ipso esse quod est deꝰ. Dicamus ergo ꝙ esse dei nō est acceptū ab aliquo ꝛ ideo primū totaliter simplicissimū fugās totaliter ipm nō esse ꝛ nihil i infinitū elongatū ab eo Et ideo infinitissimū actu actualissimū cōpletissimū immutabilissimum ꝛ eternū. ꝛ omnia ista probantur per vnum fundamentum.

Esse dei nō ē i potentia.

Esse dei est immutabile.

¶ Regula ꝛ doctrina ad probandū omnia de esse.

¶ Titulus.xiiij.

Vt aūt habeamꝰ regulā ꝛ modū ad probandū oīa de ipo esse. ꝛ sic ordinato mō ꝑcedamus. Opꝫ facere vnū fundamentū ꝛ vnam radicē in quo oia fundent. Primū aūt fundamentū ꝛ ꝑma radix est. ꝙ ipm esse nō est acceptū ab aliquo nec a seipo ꝛ iō est primꝫ esse. Et exinde seqtur omne qđ dictū est deipso. Iteꝫ ad istud fundamētū. s. ꝙ eē dei nō est acceptū ꝛ est primꝫ esse sequit vnū aliud. s. ꝙ esse dei in infinitū elongat a nō esse ꝛ ab ipo nihil ꝛ fugat totalit ipꝫ nō esse. Per ista duo oia radicaliter ꝓbant ꝛ cōcludunt. Vñ qꝛ ipꝫ esse

Esse dei nō est acceptum.

dei nō est acceptū ab aliquo. Jdō sequit̄ ꝙ est totaliter primū. Et vlterius sequitur ꝙ est simplicissimū ꝛ sine partibus. Et exinde sequit̄ ꝙ esse dei est ipsemet deus ꝛ ꝙ deus est ipsummet eē. Et exinde sequit̄ ꝙ elōgat̄ in infinitum a nō esse. ꝛ fugat totaliter ipsum nō eē ꝛ nihil. et ꝙ nō esse et nihil nullum posse habent contra ipsum. et exinde tūc ꝯcludunt̄ oīa. Unde qꝛ ipsum esse primū qđ est deus totaliter fugat ipsum nō esse. Jdeo ipsum esse qđ est ipsemet deus. nō pōt non esse. nec deficere sꝫ necesse est esse idō eternū. idō nō pōt ei fieri additio vel diminutio neqꝫ mutatio. ꝛ sic est necessariū ꝙ est perfectissimū ꝛ cōpletissimū: hn̄s oēꝫ plenitudinē essendi. Et idō est fons infinitissimus essendi: qꝛ postq̄ elōgat̄ i infinitū a nō esse ꝛ a nihil. ꝛ ipsum nō eē ꝛ nihil i ifinitū elōgāt̄ ab eē ipso. Et qꝛ eē primū ꝛ eternū. idō non esse totaliter fugatum est ab ipso esse. ꝛ q̄cquid ꝑtinet ad nō esse: elongatur a deo q̄ est suū esse. ꝛ q̄cquid pertinet ad ipsum esse: necessario est in eo. Jdeo si vis intelligere veritatem certissime cōpara semp ipsum esse ad nō esse. et quicq̄d pōt dici vel cogitari qđ pertinet ad esse vel ad nō esse Coniūge aūt ista insimul. s. esse dei nō est acceptū. deus est suū esse. ꝛ est ipsum eē et totaliter fugat ipsum nō esse. Jsta tria simul ꝯiuncta manifestāt oīa de ipso eē. Et q̄cquid sequit̄ ad ista necessario verū est. ꝛ quicq̄d repugnat istis. necessario impossibile est ꝛ falsuꝫ. vt verbi grā. si querat̄ si possent esse duo talia esse. s. vt dictū est s. quorū esse nō est acceptū ꝛ sint suū esse ꝛ fugāt totaliter a se nō esse. statim dicet̄ ꝙ non. qꝛ apparet repugnātia. Si eñ sunt duo talia esse iā ipsum esse nō fugat totaliter ipsum nō esse. qꝛ vnū tale esse qđ est deus hꝫ nō esse alterius dei. qꝛ nō est ipsum postq̄ sunt duo diuisa esse. ꝛ vnū nō est de altero. qꝛ qđlibet est indiuisibile. per se. ꝛ sic vnū deficit alteri. ꝛ in quolibet esse infinitum nō eē. qꝛ ita magnū est nō esse. qꝛ nō esse vnius esset in esse alterius. Et qꝛ quilibet hꝫ infinitū esse. ideo in quolibet essꝫ infinitū nō esse ꝛ sic i simul essꝫ in vno ꝛ eodē infinitū esse ꝛ infinitū nō esse qđ ē impossibile. Quare sequit̄ ꝙ impossibile est nisi vnū tale esse vt dictū ē ergo impossibile est nisi vnū deū esse. q̄ est ipsum esse. ꝛ est suū esse. ꝛ q̄ fugat totaliter ipsum nō esse. Preterea si querat̄ si in deo sit oīs fortitudo. oīs virtus. oīs ptās statim respōdetur ꝙ sic. qꝛ deus est ipsum esse. ꝛ in infinitum elongat̄ a nō esse. Et ideo necessario in eo est q̄cquid pertinet ꝛ conuenit ad esse ꝛ fugat ab eo quicq̄d pertinet ad nō esse. Et ideo debilitas impotentia fragilitas pertinet ad nō esse. Et fortitudo virtus potestas

Esse dei fugat oē nō esse.

Qꝛ solū sit vnus deus.

pertinent ad esse. Ideo debilitas fragilitas impoten- tia in infinitū elongāt ab eo. ꝛ fortitudo virtus ptās sunt infinitū in eo. Et ideo esse est fortissimū potētissimū ꝛ virtuosissimū elongatū in infinitū ab omni fragilitate debilitate ꝛ impotētia. Itē si queraē. An i deo sit potētia creādi ꝛ faciēdi aliqd de nihilo. Iā3 soluiē ista questio similiter qꝛ in deo necessario est quicquid magis ptinet ad esse q̄ ad nō esse. Et ideo quia potentia creādi ptinet ad esse. ꝛ impotētia ptinet ad nō esse. Ideo necessario in deo est ista potentia. alr̄ esset in deo aliquod nō esse. quod est impossibile.

¶ De duplici eē ꝛ duplici nō eē. sicut de duplici nihil ¶ Titulus. xiiij.

Quia dictū est q̄ esse dei fugat a se omne nō esse ꝛ p consequens nullū esse ei deficit. qꝛ nullū esse est extra ipm. sicut p cōtrariū dicimus q̄ homo nō h3 esse terre: nec eē aque nec esse ignis: nec arboris: nec asini ꝛ sic de omnibus alijs. ita q̄ hō h3 tot non esse. quot sunt res q̄ remouēĩur ab eo qꝛ hō nō est asinus. ideo non h3 esse asini. Et qꝛ homo nō est lapis. ideo. nō h3 esse lapidis. Et ideo esse hoīs nō fugat totaliter nō esse. sed solum fugat vnum non esse. Et quia esse dei fugat a se omne non esse. ideo habet necessario omne esse. Et per consequēs sequitur q̄ esse dei habet in se esse terre. esse aque. aeris ꝛ ignis. ꝛ esse omnium quattuor graduum ꝛ oīm que continenē in ipsis gradib⁹ qꝛ nullū esse dei deficit. Et ideo esse dei est vniuersale oīm. Sed tñ duplex est esse terre: aque: ignis: ꝛ oīm aliorū. Unū3 in se ꝛ in natura ppria quā videmus. Aliud est in esse dei quod esse non videmus. Sicut domus est duplex esse. vnū in ppria natura extra qđ videmus. Aliud in aīa artificis quod nō videm⁹. Res aūt quantū ad esse qđ habent in ppria natura. hoc esse non habet in deo. qꝛ esse dei nō pōt esse tale eē. qꝛ esse dei nō est ista terra: ista aqua. ꝛ sic de alijs. Qꝛ esse dei est indiuisibile immutabile eternū ꝛc. vt probatū est. Terra autē ꝛ aqua ꝛ alia elemēta sunt mutabilia diuisibilia finita. ꝛ sic p oppositū sunt. Et per cōsequens esse eorū prout sunt in eorū ppria natura nō est in esse dei. Sed cū necesse sit q̄ esse dei sit omne esse. qꝛ extra dei esse non pōt aliquid esse. Ideo op3 q̄ sit aliud esse oīm rerū q̄ esse ppriū. qꝛ necesse est q̄ oīa habeat esse in deo. Istud aūt esse. est sicut esse dom⁹ in aīa artificis. ꝛ esse ipsi⁹ artificis in aīa qđ nō semper habuit. Sed est differētia; qꝛ artifex recepit esse ipsius rei quia aliqñ non ha

Tit. xij.

Esse dei est omne esse.

iniustū nec iordinatū nihil iniquū nihil ꝯ volūtatē ve

rā z veritatē.qm̄ si posset.iā volūtas sua deuiaret ab itellectu.z sic nō eēt idē qđ intellect⁹. Et iō seq̄t q̄ voluntas dei est rectissima.iustissima. ordinatissima. et regulatissima.z hoc ex seipsa:qz est p̄ma z a nullo ordinata nec regulata. Et qz est idē qđ intellectus. z nō solū est hoc sz etiā est prima rectitudo. pria iusticia z ipamet iusticia. Et regula pria q̄ nō pōt obliq̄ri:nec tortuosa eē.qz nō pōt declinare a veritate:cū sit ipsamet veritas. Et exinde sequit̄ q̄ volūtas dei est rectissima sctissima z sūme bōa.imo ē ipa bonitas z p̄ma bonitas. Et seq̄t exinde q̄ nullū malū p̄t facere nihil iniustū nihil inordinatū:qz nō pōt velle neq̄ facere iniuste q̄ nihil pōt velle facere:nisi qđ pōt facere. Et q̄uis permittat fieri malū:tamē nunq̄ relinquit illud inordinatum:sed ordinat illud malum z bonum. Uolūtas dei est rectissima.

¶ Q̄ nulla alia voluntas est recta nisi concordet cum voluntate dei. Titulus.xxxviij.

QUoniā aūt volūtas dei est prima:z ipamet rectitudo:ipsa iusticia.prima regula.iō nihil ē rectū nihil iustū:nihil bonū.si nō ɔformet cū ipsa. et iō ois volūtas q̄ deuiat a volūtate dei z ab ea discordat.ē tortuosa.iiusta z mala eo q̄ deuiat ab ipa pria rectitudie.

¶ Q̄ per volūtatē z libertatē possum⁹ oēs pfectiōes concludere de deo. Titulus.xxxix.

COnclusum est aūt in deo eē liberū arbitrium.z qz est primū z eternū iō sua libertas est prima.eterna plenissima z sūma. Et iō nullo mō pōt deprimi vel violari. Et exinde sequit̄ q̄ hz oia q̄ ptinēt ad sūmā libertatem.z sine qb⁹ nō pōt eē sūma z plenissima libertas. Ideo quicquid vult est:z q̄cquid nō vult non est. et eo modo quo vult z sicut vult est. Et exinde sequit̄ q̄ est talis qualis esse vult.z tantus quātus esse vult aliter sua volūtas esset restricta:z per ɔ̄ns in eo nō eēt summa libertas z iō necessario est ops q̄a vult esse ops. sūme bon⁹.summe benign⁹.sūme iustus.sūme pi⁹.sūme misericors.sūme sciēs.z oia de nihilo p̄ducēs:qz talis z tātus vult eē. Item sequit̄ q̄ in eo est oē dn̄ium oē imperiū. z q̄ est sumus dn̄s z summ⁹ impator z solus z nullus ali⁹ p̄ter ipm̄:qz talis vult eē z tā⁹. et oia ista fundant̄ in volūtate z libertate qz de⁹ vult eē infinitus in oib⁹ pfectionib⁹ z si non eēt talis qualis vult esse z tātus nunq̄ posset eē:qz nullus ali⁹ posset eū talem z tātū facere nec ipsemet z tūc vellet eē z nō possz z sic posset eē i eterna pena z miseria qđ ē absurdū valde z sic necessario in seipso est talis z tāt⁹ qualis z quāt⁹

Ti.xxxvi.

Quicq̄d vult deus est.

In deo omne dn̄ium.

ipse vult eē. ꝛ extra ipm̄ nihil pōt eē nisi sicut vult eē ꝛ pmittit eē. Et sic ꝑ volūtatem ꝛ libertatē possum⁹ oīa pbare de deo si volum⁹. Attñ ꝑ libertatē pbat̄ spāl'r dn̄iū. ꝛ iō in deo est naturale dn̄iū ꝛ primū eternū. q2 sua libertas est prima ꝛ eterna Jō ex seipso est dn̄s et prim⁹ dn̄s et etern⁹ ꝛ oīpotēs solus et verus quia sua ptās suū dn̄iū nulla pōt ptāte impediri. q2 neq3 nō eē potest ei resistere. Et iō in eo est summa libertas summa maiestas. ꝛ potentia que nulli subijci potest.

Titulus.xl.

De posse.

Quamuis aūt ip3 posse nō fuerit positū in scala qttuor graduū expsse. Attñ cōcludit necessario in quolibet grādu scale Et qlibet gradus scale p̄supponit ipsu3 posse et includit. Vñ oē qđ est pōt eē. S3 non omne quod pōt eē ē. Silr oē quod viuit pōt viuere. s3 nō oē quod potest viuere viuit Eodē mō oē qđ sentit vel intelligit vel vult. hoc pōt sentire. intelligere. velle. et nō econuerso. s3 tñ ipsum posse non facit gradum aliquem in rebus. q2 nō pōt reperiri posse in aliqua re separatim sine eē. Attñ eē mūdi pductu est ex nihilo habuit tñ primo posse eē anteq3 fuit q2 si nō potuisset fuisse. nō eēt. ꝛ istud posse esse non erat aliqđ extra deū. Vñ iō esse mūdi potuit habere esse q2 de⁹ potuit producere ipsum inesse. Sed de se potest hr̄e nō esse. Jn deo aūt idē est esse qđ posse. vñ quia de⁹ est ideo potuit esse. Et quia potest esse. ideo ē. Et similiter de viuere. intelligere velle. et idē est viuere qđ intelligere qđ posse. ꝛ velle qđ posse. Et sicut esse dei ē infinitū sine mēsura. ita et suū posse. et oīa q̄ dicta sūt de eē dei ꝛ de posse dei Jō posse dei ē pmū etermū ꝛ incōmutabile. ⁊ ifinitū elōgatū a nō esse. ꝛ a nō posse. et ab impotētia. ꝛ iō est oṗs. Et ide seqt̄ q̄ de⁹ nō pt nō eē. nec pōt nō viuere. q2 idem est in deo viuere qđ posse viuere. Nec de⁹ pōt nō intelligere. q2 idē est in deo intelligere qđ posse itelligere. Ulteri⁹ seqt̄ q̄ de⁹ ē purus actus q2 in eo idem est esse qđ posse. sicut autem in deo idem est esse quod posse ita in deo idem non esse quod non posse esse. ꝛ idem est non posse esse ꝛ impossibile esse. Jdeo si de⁹ nō est de⁹ nō pōt esse. Jtā de oībus. vt si deus nō est bon⁹ neq3 iust⁹ neq3 pius ꝛc non pōt eē bon⁹ neq3 iniustus ꝛc. Et hoc cōfirmat̄ q2 nullus posset ipsu3 facere bonū si nō esset bonus. Nullus pt sibi aliqđ dare nec ipsemet sibi pōt dare esse vel aliquid q2 si posset sibi aliqđ dare sequeretur q̄ in deo esset aliq̄ indigentia. saltem ipsius rei quam ipsemet si

bi dare potuisset. ꝛ sic deus nō esset pfectissim⁹ vt probatū est supra ti.xij. Ergo vel totum habet, vel impossibile est ꝙ habeat.

¶ Quo intelligit ꝙ deus est oīpotēs. Titulus .xli.

SI aūt q̄rat quō deus est oīpotens. dicit qꝛ oīa pōt, facere q̄ potētie sunt. Quī posse corrūpi. posse in nihilū redigi. posse deficere ꝛ cetera. que arguunt impotentiam. ꝛ nō posse magis ꝙ posse. Et ibi intelligit impotentia per potentiā. qꝛ quanto plus aliquis hꝫ talem potētiā: tanto auersitas ꝛ puersitas in illo sunt potētiores. ꝛ ipse in eis impotētior. Oīa ergo illa pōt deus et sola q̄ posse potētia ē. imo ab ei⁹ potentia pdicta remouemus. vt de⁹ nō ē nō ōps nō iust⁹. ꝛ sic de alijs vt oīa infirmitatem vel debilitatem vel maliciā aut impotentiam iudicātia.

¶ Qꝛ per intelligere et sapere probatur in deo esse posse et plenitudo potentie. ¶ Tit. xlij.

QUia aūt ɔclusuꝫ ē ꝙ itelligere ꝛ nosse seu sapere dei. ꝛ ei⁹ posse seu potentia idem sunt qđ suū eē. Jō nihil magis nihil melius est in ei⁹ intelligere seu nosse quam in eius posse. Quicquid ergo optimuꝫ ab ei⁹ sapia intelligit totū hoc iuxta ei⁹ potētie plenitudinē cōphendit. ꝛ totū in suo eē ɔcludit. Nā si aliqđ ꝙ ad pfectiōis sūmitatē intelligeret. qđ nō realiter hr̄et in seipo. iam latius se extēderet p sapiam ꝙ p potētiā ꝛ vna et eadē res esset seipa maior. ꝛ seipa minor. qđ implicat. Si igit de⁹ itelligit aliqđ de plenitudine potētie qđ hr̄e non posset. maius erit aliqđ in eius intelligere seu noscere ꝙ in eius posse: quoꝝ vtrūꝗ nihil aliud est ꝙ ipꝫ eē. Erit ergo vnū ꝛ idē eē seipso maius ꝛ seipso minus. qđ natura nō patit. Sꝫ cū intellect⁹ dei intelligit oēm graduꝫ potentie. Et ꝑ ɔñs oē posse et plenitudinē potētie. Et sic argumētū pōt fieri de plenitudie oīs pfectionis. Sequit ergo ꝙ de⁹ nihil maius: nihil meli⁹ seipo pōt itelligere ꝛ q̄cqđ pfectiōis pt itelligere hoc totum hꝫ.

¶ Qꝛ econuerso p posse. et ex plenitudie potētie pbat plenitudo sapie ꝛc. ꝛ ēt oīs pfectionis. Ti. xliij.

SIcut aūt ex plenitudine sapie ɔcludit plenitudo potentie. ita ex plenitudine potētie diuine ɔcludit ꝛ pbat plenitudo sapie. Et ideo qꝛ vbi est plenitudo sapie ibi non pōt deficere plenitudo potētie. Nā si aliqđ deficeret ex plenitudine sapie qđ hr̄e posset: et deficeret

ex potētia quā i deo hrē nō posset.igr si ē summa sapīa in deo seqr qꝫ est ēt in eo summa potētia qꝛ in eo nō ē cōpositio sꝫ vnū est aliud.Et cōformiter pōt dici de plenitudine bonitatis.veritatis z pietatis zc.vbi gͣ ē plenitudo potētie.ibi est oīs pfectio z plenitudo oīꝫ bonoꝝ

Quod nō potest esse nisi vnus oīps. Titu.xliiij.

Qui aūt vere oīps est oēm gradū potētie hꝫ ergo sine difficultate pōt facere qd nullus alius pōt.z vt nullus alius posset aliquid: z vt statim perdāt oēs eoꝝ potētias.aliter vere nō eēt oīps si hoc nō posset.Ergo seqr qꝫ nullus talis est oīps q pōt fieri nihil potēs.Sicut gͣ oē qd est citra deū pōt redigi in nō eē.ita etiā in non posse.Seqtur ergo qꝫ vnus solus est oīps.q nō psupponit nō eē sed hꝫ eē eternū z immēsuratū.Si em essent duo oīpotētes tūc vnus posset aliū destruere.alias nō eēt oīps.z si posset aliū destruere tūc ille qui destrueretur nō eēt oīps:qꝛ nō posset resistere potētie alteri9.Sequitr ergo qꝫ non est possibile eē nisi vnū oīpotentem. videlicet deum viuum et eternum. Titu.xlv.

Epilogatio oīm predictoꝝum.

Ex predictis possumus concludere qualiter eē mūdi.qd est qͣsi quoddā corp9 diuisum distinctū z ordinatū p qͣttuor gradus. fecit nos ascendere ad aliud eē.z ipꝫ nobis manifestauit.a quo totū eē mūdi est pductū de nihilo de nouo.Et in pmo eē necessario inuenim9 existere oēs gradus qͣttuor scꝫ eē viuere.sentire et intelligere seu liberū arbitriū.Et vltra inuenim9 ipm posse qd nō facit gradū sꝫ fundat oēs gradus.ac ēt includit in oībus gradib9.Et sic inuenim9 infallibiliter cōditorē mūdi.eē.viuere sentire.itelligere.velle et posse.z qꝫ oīa sunt ei idē qd eē.Et vltra inuenimus conditiōes z pprietates z nobilitates diuini eē.qualr sit eē increatū.pmū sempiternū.incommutabile.incorruptibile.icreatū.eternū zc.Et oēs iste pprietates cōueniūt eqͣlr aliis.qm tale ē suū viuere.suū itelligere.suū velle.suū posse sicut suū eē.Quāuis āt oīa cōueniunt deo p suū eē.tñ magis appropate aliqͣ pueniūt ei per viuere.aliqͣ p intelligere:aliqͣ p posse.vt p viuere qꝫ est immortalis.per intelligere sapiēs prudēs.ver9. iudex Et p velle qꝫ est bon9.mitis.benign9.sctūs.rect9.iust9. liberalis.p posse qꝫ est oīps.Sic gͣ pmo cognoscim9 deū eē.viuere sentire.itelligere.velle posse.Et p ista postea cognoscim9 puenire ei oīa alia.z oīa includunt in suo eē.Cōiūge gͣ vnū cū alio.z copa adiuicē illa.z intelliges

irabilia de deo. vbi gra.piūge intelligere cū posse ꝛ elle.qꝛ tm̄ est suū posse q̃tū ē suū velle ꝛ suū intelligere ꝛ ecōuerso.qꝛ oia vnū sūt.ꝛ vnū ꝛ idē qđ eē et sic habebis maximam scientiam de deo.

¶ Hic tractatur et ostēditur quō ꝓductio mūdi a deo facta de nihilo.nobis iā certa manifestat ꝛ arguit aliā ꝓductionē.summā occultā ꝛ eternā in deo q̄ est de sua ꝓpria natura ꝛ suo ꝓprio eē.In qua ꝓducitur deus de deo. ꝛ per quā ostēditur summa trinitas in deo. Ti.xlvj.

Ostēsū ē eē mūdi ꝑ q̄ttuor ḡdus diuisuꝫ et ordinatū ꝑ experiētiā nobis māifestissimū ascēdimꝰ ad vidēdū ꝛ cognoscēdū infallibilr aliđ eē.qđ erat occultissimū qđ ē summū ꝛ īfinitū vt cognoscimꝰ īfallibiliter.ꝙ totū eē mūdi ē ꝓductū de nihilo.de nouo ab illo eē supremo.ꝛ ꝙ ē q̄si pūctꝰ ꝛ nihil.respectu infinitatis.ꝛ imēsitatis illiꝰ eterni eē. Et sic ꝑ ꝑ̄ns māifestū ē nobis vna ꝓductio.q̄ erat nobis occlta.s.ꝓductio mūdi đ nihilo. fctā ab illo eē eterno icōmutabili qđ ē deꝰ. Postq̄ ḡ illa ꝓductio ē cognita.nūc vlteriꝰ laborādū ē fortiꝰ.si ꝑ istā ꝓductionē ꝑ dei grā̄ nobis māifestā poterimꝰ ascēdere ad cogscēdū ꝛ ad vidēdū aliā ꝓductiōeꝫ excellētiorē meliorē ꝛ altiorē ꝙ sit ista.vt ascēdamꝰ de ḡdu i ḡdū.ꝛ de vna ꝓductiōe ad aliā.sic de vno eē ad aliđ eē. Vn̄ illa ꝓductio nobis cognita fcta de nihilo ꝛ nō eē. nobilis ē excellēs potēs.ꝛ māifestat nobis excellētiā. potētiā ꝛ sapiāꝫ ꝛ bonitatē diuini eē. Sꝫ sine bonitate aliqli nobilior excellētior melior altior dignior ꝛ maior eēt ꝓductio de ipo diuīomet eē eterno.īfinito ꝛ excellētissimo ꝙ ꝓductio de nihilo.ꝛ magis radicalis et naturalis ipi deo.ꝛ de tāto de q̄nto eē diuinū ꝛ eternū distat a nihil. Sicut hō artifex ꝓducit domū iq̄ntū artifex ꝛ nō iquātu hō.de aliena natura a se. Et et ꝓducit hoieꝫ sibi silēꝫ viuētē de sua ꝓpria natura ꝛ substātia iquātū hō ꝛ nō iq̄tū artifex. Sꝫ nobilior.altior ꝛ magis radicalis ꝛ ꝯueniēs hoi iq̄ntū hō ē ꝓductio q̄ ꝓducit hō.ꝙ illa q̄ ꝓducit domꝰ.qꝛ in vna producit hō de hoie.viuēs de viuēte ꝛ de ꝓpria natura ꝛ nō aliena.sꝫ in alia nō ꝓducit domꝰ de hoie.sꝫ de extranea natura ab hoie. Cōformiter cū deꝰ q̄ est ipꝫ eē eternū. produxit totū eē mūdi tanq̄ artifex nō de ꝓprio esse. nec de ꝓpria natura.sꝫ de nihilo.qđ in infinitū elōgatur ab ipso. Si eīm ꝓducat alter alteruꝫ nōne ista productio erit excellentissima:qꝛ deꝰ viuus ꝓducit deū viuuꝫ de sua natura gloriosissima. artifex eīm nō producit de sua ꝓpria natura aliqđ extraneum. Nōne enim ista ꝓdu

Duplex ꝓductio hominis

Deus de deo producitur.

ctio erit ergo radicalis.naturalis ꝛ ꝯueniēs deo inq̄tū deus ꝛ maxime ꝓpria hoc ergo;nūc inuestigādū an sicut deꝰ inq̄tū artifex ꝓduxit totū mūdū de nihilo.Ita inq̄tū deꝰ ꝓducat de sua ꝓpria natura ꝛ de suo proprio esse alterum aliquem.ꝛ sic per vnā productionem possumus arguere alteram esse de necessitate.sicut per vnum eē arguitur aliud eē de necessitate.

¶Hic ponuntur rōnes ꝓbantes ꝓductionē esse in deo de sua propria natura. ¶Titulus.xlvij.

Quod aūt in deo sit ꝓductio de sua ꝓpria natura de necessitate.ꝛ nō possit aliter esse.ostēditur multis rōnibus:ꝛ hoc cōparādo artificialē ad naturalē.Prio sic:

Rō pma Productio filij ē natural.

ꝓductio que ꝯuenit deo inq̄tū deus est. magis est ꝯueniēs deo q̄ ꝓductio q̄ cōuenit deo inq̄tū artifex est.Sꝫ ꝓductio qua ꝓducitur deus de deo ꝛ de ꝓprio esse dei.cōuenit deo naturaliter inq̄tū deus est.ꝛ ꝓductio qua ꝓducitur mūdus de nihilo a deo.est cōueniēs deo artificialiter inq̄tū artifex est.Sed cū potuit deꝰ vtrāq̄ ꝓductionē fecisse cuꝫ sit deus omps.seq̄tur q̄ productio q̄ ꝓducitur deus de deo:ꝛ de ꝓpria natura dei est magis ꝯueniens deo q̄ productio qua ꝓducitur mūdus de nihilo.Vn̄ prima est cōnaturalis:radicalis.ꝓpria intrinseca.ꝛ alia est artificialis ꝛ extrinseca.Si ergo ꝓductio q̄ minus cōuenit deo existat in re:ꝛ hoc inq̄tū deꝰ est:tunc illa q̄ magis cōuenit deo maxime hoc q: deꝰ est.maxime existet q: illud quod magis deo cōuenit hoc priꝰ existit.

¶Itē hoc hoī magis placet qđ naturaliter producit.

Scđa rō pater diligit filiū

ꝛ hoc magis diligit qđ de natura sua generauit: q: sibi sile in natura existit.q̄ domū vel aliaꝫ rem artificialiter ꝓductā.que nō est de natura sua sed aliena.ꝛ sine cōparatiōe diligit magis rem ꝓductā de sua natura q̄ rē ꝓductā per artem ꝛ cetera nō de natura sua.

Tertia pr̄ cōplacet sibi i filio.

¶Itē magis cōplacebit deo naturaliter si produxerit naturaliter aliquē silē sibi de natura sua q̄ sit deus q̄ ꝓducēdo mūdū per artē q̄ nō est de natura sua sed de nihilo ꝛ nō est deus.

Quarta. Tit.xlvi.

¶Itē si deus voluit aliq̄d producere de nihilo:ergo multomagis aliquid voluit ꝓducere de seipso ꝛ hoc est deꝰ si potuit.Sꝫ ꝓbatū ē qđ potuit vtrūq̄.ergo quia ꝓduxit mūdū de nihilo.etiā producit deū de se ꝛ de sua ꝓpria natura.vn̄ postq̄ ꝓduxit mundū signū est q̄ in ipo cōplacuit.q: si non cōplacuisset tunc nūc nō produxisset.Ergo multomagis cōplacuit in producēdo deū de seipo q̄ꝫ mundū de nihilo.q: excellentissima est ꝓductio vna ꝛ infinita respectu

ctu alterius. Et hoc quia quantomagis res est pro
icenti siliox tātomagis cōplacet ei. quia pater gau-
et magis in filio producto ꝙ̄ in domo facta per ip̄m
ū ergo magis sit desiderabile ꝛ delectabile deo pro
icere de sua ꝓpria natura ꝙ̄ de aliena. Ideo est me- Deꝰ ꝓmo
is ꝛ magis credendū ꝙ ip̄e de seipso, ꝛ de sua ꝓpria ꝓduxit fi
atura produxit primo deū ꝛ postea mundū. qꝛ illud liū. deide
uod est sibi magis delectabile ꝛ amabile ꝛ quod sibi mundū.
agis cōuenit hoc fecit, qꝛ ip̄e habet actu omne quod Ti. xxxix.
vult, vt probatū est. ꝛ si vult ꝛ nō pōt: tunc erit in sum-
ma tristicia ꝛ impotētia, qđ absurdum est de deo cogi
tare qꝛ continue intelligeret se nō posse ineternū qđ
desideraret. ꝛ ergo ibi esset tristicia eterna. Et exinde
sequitur etiā ꝙ si deꝰ hꝫ in se eternā displicentiā. ꝙ nō
opabit. nec ꝓducet aliqd de nihilo. qꝛ nihil pōt ꝓdu-
cere nisi ꝑ cōplacentia. sequitur ergo ꝙ mūdus non est.
ꝛ tñ hoc est falsum. Sic ergo cōcluditur ꝙ si deꝰ nō ꝓ
duxit aliquē de natura sua. qđ nihil est ꝓductū in eē.
¶ Preterea deꝰ cōplacet in producēte creaturas sibi Quinta
magis siles. ꝛ quāto sunt sibi magis siles magis cōpla
cet. ergo sequitur ꝙ summe cōplacet in ꝓducēdo ali-
quē sibi silez in natura ꝛ substātia. Sꝫ nullus pōt esse Filiꝰ est
sibi silis neqꝫ cōformis summe. nisi de sua ꝓpria natu patri per
ra ꝛ substātia. ꝛ de suo ꝓprio eē. qꝛ oīs creatura est ꝓ- oīa silis
ducta de nihilo. ꝛ ī0 nō pōt eē deo summe silis ꝛ con-
formis. Et qꝛ necesse est in deo eē summā cōplacentiā
ꝛ vltimū gradū cōplacentie qua nō possit cogitari ma
ior. Ergo necesse est ꝙ deꝰ hꝫ aliquē aliū productū de
sua ꝓpria natura summe silem ꝛ cōformē sibi vel ei in
herebit summa displicētia. qđ est impossibile. ¶ Pre Sexta. v
terea deus cōplacet in' societate ꝛ cōgaudet. qꝛ aliter
non ꝓduxisset mundū de nihilo. Sꝫ si deꝰ cōplacet in
societate alteriꝰ ab ip̄o ꝓducti de nō eē ergo sine com
paratiōe cōplacebit in societate alteriꝰ ꝓducti de sua
ꝓpria substātia ꝛ natura. vt ei nō differat summa com
placentia societatis sue cōformis. ¶ Itē deꝰ est realissi Septia
me infinitꝰ infinite ꝟtutis ꝛ infiniti vigoris. ꝛ summa
natura est sūme actiua ꝛ sūme in actu. Ergo necessa-
rio sequitur ꝙ sit in eo ꝓductio infiniti vt sit ī eo sum
ma ꝓductio qua non posset excogitari maior, vt produ
cta ſm suum totum vigorem ꝛ totā suam virtutem na
turaliter aliquid qđ sit infinitum. aliter esset ociosus Produ-
ſm suā natura. Sed productio mundi cuꝫ sit de nihilo ctio filij
ꝛ finita ſm suā natura. et quasi productio vnius pūcti est infini
ꝛ centri respectu infinitatis dei. et est impossibile ꝙ in ia.
finitum in actu posset produci de nihilo. Quod si pos-

fet. sequitur q possent esse duo dii cõtrarij infiniti actu qd est impossibile ut probatũ est supra ti.xiij. Ergo necesse est q pducat in infinitũ de sua natura et substãtia. et de suo esse infinito. Unde postq in deo repit pductio necesse est q in eo sit summa pductio qua nulla poss intelligi maior. et ista ẽ pductio talis infiniti sicut ipsemet est. Et hoc nõ põt esse nisi pductio sue imaginis. ¶Postq ergo pduxit finitũ de nihilo. necesse est q primo pduxerit infinitũ de seipso. ut sit in eo plenitudo pductiõis. et ista est plenitudo naturalis et nõ artificialis. et iõ ẽ necessaria. ut pbat infra ti.li. ¶Sic ergo cõparãdo pductionẽ artificialẽ et naturalẽ reperiem9 q est impossibile pductionẽ artificialẽ de nihilo esse pmã. Imo necesse ẽ pductionẽ naturalẽ pcedere pductum sm artẽ. et sic p9 pductionẽ mũdi de nihilo factã a deo mãifestat nobis alia pductio in deo q ẽ de suo pprio.

¶Qd etiã p pductionẽ q reperit in esse producto d nihilo potest probari productio dei de deo. Tit.xlviij.

Ulteri9 possumus idẽ pbare p productiões reptas i creaturis arguẽdo p illas pductionẽ eẽ in deo. unde cũ i hoie q ẽ in q̃rto gradu scale repiant due pductiões. s. una naturalis et alia artificialis q2 hõ pducit hominẽ de hoie naturaliter et domũ per artẽ. et non de homine sed de aliena natura. et sic artificialiter. Quare ergo in summo deo qui dedit homini hoc. nõ erunt due productiões. s. naturalis et artificialis s3 in deo reperitur productio artificialis. s. productio mũdi de nihilo. Ergo etiã erit pductio naturalis i q pducet deũ de deo s3 ista est occultissima. q2 de9 ẽ occultissim9. et pduct9 occultissim9. ¶Item totũ eẽ mũdi ẽ a nihilo pductũ p deũ. sed quelibet res creata nobis nota pducit naturaliter suã ymaginẽ cõtinue et incessanter. ut sol suum radiũ q est ymago solis. et ignis calorem qui est ymago eius. et quecunq alia res pducit suam ymaginem ut pz in speculo. Ergo quare similiter deus qui dedit hoc alijs rebus non producet suã naturalẽ ymaginem de seipso cõtinue et incessanter sed cum deus sit intellectualissim9. spualissim9 et simplicissim9. ut probatũ est. supra ti.xxxij. op3 et necesse. q ymago dei producta ab ipo deo de seipo et de natura sua intelligens sit sicut ipse. Si eñ pducit de nihilo res corpales viuẽtes et intelligẽtes. ergo q̃tomagis sine cõparatiõe ymago pducta de sua natura ppria. et emanata de sua substantia. erit viuẽs et intelligẽs. Imo necesse ẽ q sit ei totalis et totaliter cõformis et nõ minor. eo q2 de ipomet orit

tāq̄ radius.splēdor ꝛ figura seu ymago sue substātie.

¶Qꝫ idē probatur ex plenitudine iocūditatis q̄ non pōt deficere vbi est oīs perfectio. Titu.xlix.

Quia aūt nihil meli⁹ nihil dulci. nihil⁹ amabilius sūma iocūditate. Ergo necc̄e ē i deo eē sūmā iocūditatē. q̄ nō possit cogitari maior. s; summa iocūditas nō pōt eē sine societate alteri⁹ summe sibi silis et ꝯformis. in qua sit ver⁹ amor ꝛ ꝯ̄a dilectio. ꝛ tāt⁹ amor quo nō possit maior excogitari. Que eñ iocūditas sūme solitario. Si aūt de⁹ ꝑducat aliquē aliū de sua substātia q̄ sit de⁹ ꝑfect⁹, sic ipē ē erit tibi sūma iocūditas sūma societas ꝛ sūma dilectio. q̄r diliget alterū a se ꝑductū de sua natura in infinitū. ꝛ product⁹ diliget ip̄ȝ producentē in infinitū. ꝛ sic erit sibi sūma dilectio ex ꝑte vtriusq̄ ꝛ ꝑ ꝯ̄ñs sūma ꝛ ifinita iocūditas. Si āt de⁹ caret societate sue nature. tūc carebit sūma iocūditate. quā non pōt h̄re cū creatura de nihilo facta. Ergo vt i deo sit plana iocūditas. necc̄e ē ꝙ ꝑducat alteꝝ aliquē de suo ꝓprio eē. quē diligat sicut seip̄ȝ. ꝛ a q̄ diligaꝛ in sūmo. qđ si nō pōt. tūc ꝑ suā ipotētiā ꝓuaꝛ infinita iocūditate. quā nō pōt h̄re. q̄r nō pōt ꝓducē de sua ꝓpria natura aliquē sibi ꝯformē. ꝛ tūc ē d̄fectuosu i sua natura. q̄r si ꝑt illđ qđ ē sibi meli⁹ ꝛ dlci⁹ ꝛ amabili⁹. s; oīa ista absurdissima sūt. q̄r iā totū fuit ꝓbatū ꝛ declaratū i ꝯ̄triū. q̄r deo nihil pōt deficere. q̄r ipē h; ab eťno oē cōplemētū in seipo. ꝛ ꝑ ꝯ̄ñs summā iocunditatē. — Gñatio filij est sūme iocūda.

¶Qꝫ ex dare ꝛ plēitudie dādi maifestaꝛ i deo eterna ꝓductio de suo ꝓprio esse ꝛ trinitas sūma. Titulus.l.

Quoniā aūt dare ē deo naturalissimū ꝛ sūme proꝑriū. iō per naturā ipsius dare iō tāq̄ ꝑ illud. qđ summe conuenit poterimus probare in deo esse summaȝ ꝛ eternam productionē ꝛ summā trinitatē. Sed tñ oportet primo ꝓbare. ꝙ de natura dei sit dare. hoc autē ōñditur primo per modi productionē. quia de⁹ in productione mūdi cuilibet rei dedit suū esse cōpletum. iuxta suam naturā ꝛ ꝛm suam capacitatem. ꝛ quālibet adimpleuit ꝛm ꝙ capere potuit licet nulla creaturarū sibi aliqđ prius dedisset. qđ nō fecisset nisi de sua natura essȝ dare. Et hoc ōñdit ꝛ probat mod⁹ dādi. q̄r ipse dedit singulis creaturis. que dedit vt ꝛ ipse alijs darēt. Et hoc ōñdunt res ab ipso producte. que q̄to maiores ꝛ digniores sūt ꝛ superiores tāto magis dant. nihil recipiūt. vt videm⁹ ꝙ corpora celestia que ꝯtinue ꝛ incessāter dāt ꝛ ifluūt i ista iferiora. ꝛ nihil recipiūt ab eis. ꝛ tñ nūq̄ diminuūtꝛ ꝛ d̄crescūt i dāuo necnūq̄ cessāt daꝛ vt sol icessāꝛ suas dat ifluētias, suū — Primo — Secūdo

lumen ⁊ suum calorē istis inferioribꝰ. nec vnq̄ subtrahit suā influentiā. Tertio hoc ꝓbant ⁊ ondunt elementa. q̄ a deo in eē sic sunt ꝑducta vt ⁊ ipa singulis creaturis se dēt vt ex ipis cuiuslibet rei eē ⁊ natura ꝯferatur.

Ti.

Quarto.

Quarto hoc etiā ꝓbāt res ab ipis elemētis in esse ꝑducte. vt arbores ⁊ herbe ⁊ folia ⁊ fructꝰ. ⁊ ea dāt hominibus ⁊ brutis ad ꝯseruandā vitā eoꝝ. ⁊ nō solū dāt illis illd qd̄ ꝑducūt in eē. imo seipas. vt truncos ⁊ palmites ⁊ radices ad calefaciendū. ⁊ ad domos edificādū. ac alia necessaria faciendū. ⁊ sic de alijs.

In deo ē summum dare.

Et in hoc ondituꝛ ꝙ summa nobilitas est dare. ⁊ ꝑ ꝯñs i deo. cū sit nobilissimꝰ ⁊ creatoꝛ oīm est ipm dare in sūmo gradu. qꝛ etiā inter hoīes nobilioꝛes q̄ꝙ magis dāt q̄ꝫ minus nobiles. Sic ḡ ꝯcludere possumꝰ ꝙ dare ē deo naturalissimū. ꝓpꝛijssimū ⁊ cōuenientissimū. Et qꝛ idē ē deo dare ⁊ esse. qꝛ aīs esset in deo coniūctio diuersoꝝ. qd̄ est impossibile. vt ꝓbatū est supra ti. x. Jō sicut esse suū est infinitū sine mēsura. ita ꝙ tota natura sua est esse. sic ⁊ dare ⁊ i infinitū elōgetur a nō dare. ⁊ ꝑ ꝯñs sequtur ꝙ nihil possit nisi totū det. nec possit desinere nisi det totū. Jō necesse est ꝙ sit infinitꝰ dās ⁊ infinitꝰ recipiens seu cōicans. vt non possit cogitari maioꝛ. ⁊ sit eternus dās. Nō aūt posset esse talis. si tm̄ aliquātam partē sue substātie ⁊ nature daret alteri. qꝛ tunc datū esset finitū.

Dare dei est infinitum.

Dare dei est infinitum.

Paterdedit filio totum suum esse.

Opꝫ ḡ ꝙ det ⁊ cōicet totā suā naturā ⁊ substantia infinitā. ⁊ totū suū esse excellentissimū ⁊ nobilissimū vni alteri vt. s. sit aliꝰ ab eo ꝑductus eq̄ nobilis sicut ipe ꝑducens. q̄ sit ꝑ oīa eq̄lis sibi. ita nobilis. ita magnꝰ ⁊ infinitꝰ sicut ipe in oībus ꝑfectionibꝰ. Et qꝛ maioꝛ est datio actualis q̄ꝫ potētialis. ⁊ intriseca q̄ꝫ extrinseca. ⁊ substātialis q̄ꝫ accidetalis. ⁊ de ꝓpꝛia natura q̄ꝫ de nihilo producta. iō necesse est ꝙ in deo sit ab eterno talis datio. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑductio ꝯsubstantialis. actualis ⁊ eque nobilis sicut est ꝑducens.

Eterna cōsubstātialis et actualis est ꝑductio filij.

Nā dare qd̄ fit ex ꝑte dei creaturis dū dat esse creaturis de nihilo est q̄si punctꝰ ⁊ nihil respectu infinite bonitatis ⁊ imensitatis sue. Uñ maiꝰ dare qd̄ pōt esse. est q̄si dans cōicat totā substātiā suā ⁊ natura alteri. Nisi ḡ det totū suū esse. vt alter habeat sicut ipe. cuꝫ esse dei sit indiuisibile. nihil dat de suo ꝓpꝛio. nec dat qd̄ est meliꝰ. immo retinet sibi totū. ⁊ io auarꝰ ē ⁊ summe retinēs ⁊ nō dās qd̄ est ꝯ dei natura. Nec sufficit dare tale esse. sicut datū est creaturis qꝛ ipm esse creaturarū est de nihilo ⁊ vertibile i nihil. Jō non pōt esse summū datū. Sic ergo vel deꝰ non est deꝰ. vel necesse est ꝙ det totā suaꝫ naturā alteri ab ipo ꝑducto de seipo. vt nihil habeat

qđ non sit cōicatum ꝛ datū. Et hoc est summe magnificentie ꝛ summe gliosum. nihil hr̄e neq̨ velle hr̄e qđ non sit alteri communicatum. Et sic ꝓbata est eterna productio dei de suo proprio esse.

¶ Ql ex predictis ondit̄ur summa trinitas ꝑsonarū i deo in summa vnitate vni9 esse simplicissimū ꝛ inuisibilissimum. Titulus.lj.

Et qr dare non pōt esse sine recipere. neq̨ dās sine recipiēte. iō necessario in esse diuino ꝛ in natura diuina sunt duo. sc̨ vnus dās ꝛ alter recipiens. vn9 ꝓducens ꝛ alter ꝓductus. Et qr esse dei est infinitū indiuisum. ꝛ summe simplex. impartibile nō hn̄s ptes. ideo non pōt vna pars dari ꝛ alia retineri. ꝫ totum esse necesse est vt det̄ ꝛ cōicetur. ꝛ totū esse recipiat̄. idcirco totū dat̄ ꝛ totū retinet̄. Persona dās ꝛ ꝑsona recipiēs habent idē esse indiuisibile ac reale vnā naturā nūero. vnā ꝛ eandē substantiā simplicissimā in nullo differūt nisi q̄ vn9 est dās. ꝛ alter recipiēs. hic hn̄s esse diuinū a seipo. ille ab alio vn9 ꝓducens alter ꝓductus. Et qr dās in q̄ntū dās nō est recipiens. nec recipiēs inquantū recipiens est dās. nec ꝓducens est ibi ꝓductus. immo necessario duo realr̄ distincti iō iaꝫ in esse diuino inuenim9 duos realr̄ distictos. ita q̄ vn9 nō est a'ius. habētes ideꝫ esse ꝛ totū esse diuinū. Et qr totuꝫ esse diuinū dat̄ ꝛ nihil retinet̄ q̄n cōicetur. iō necessaria est ibi sūma coeq̄litas. sūma ꝯformitas. summa cō substātialitas. germanitas. ꝛ inseparabilitas. ꝛ hoc ex sūma cōicabilitate ꝛ ꝑ ꝯñs ē ibi summa coeternitas. ꝛ summa ꝛ eadē ptās. ꝛ nihil plus i vno q̄ in alio de pfectione. Nec iō vn9 maior qr dās. ꝛ alius minor qr recipiēs. qr idē esse est in ambob9. ꝫ ō sunt vnū essentialr̄ substātialiter ꝛ naturalr̄. ꝛ ꝑ ꝯñs est vn9 de9 tm̄ ꝛ non sunt duo dij. qr nō habēt in se nisi vnū ꝛ idē esse nūero ꝛ indiuisum. ¶ Itē nec vn9 est prior fm̄ durationeꝫ nec alter posterior. qr ꝫ vn9 oriat̄ et ꝓducat̄ ab alio. tn̄ similiter sunt ab eterno ꝛ sine initio deus est dās. qr sua natura est dare. ꝛ iō ab eterno ꝛ sine initio est. ali9 recipiens in eadē natura: qr ab eterno. ꝯtinue ꝛ semꝑ fūt dās ꝛ recipiēs simul. nec pñt separari. Et iō istđ dare ꝛ istđ recipere ē sine initio et sine fine. ꝛ semꝑ ē vn9 dās. ꝛ ali9 recipiēs. nūq̄ desinēs. qr si desineret eē dās ꝛ ꝓducēs desineret esse recipiēs. ¶ Ecce ḡ iā cū dei adiutorio iuenim9 vnā ꝓductionē i natura diuina. q̄ qdē ꝓductio est naturalis ꝛ necessaria siue ꝑ modū nature. Et qr de9 est spūalis ꝛ itellectualis nature ꝛ totus

Unitas essentie pr̄is ꝛ filij.

Distinctio ꝑsonarum.

Coequalitas pr̄is ꝛ filij.

Non est in eis ꝑoritas durationis.

Tit. xxxij

spūs ⁊ nullo mō corpus nec res corpalis. iō necesse est ꝙ pducat ⁊ det naturā suā alteri. ſm modū nature in tellectualis ⁊ spūalis. ¶ Et qꝛ in omi natura itelligibili est intellect⁹ ⁊ volūtas. ⁊ intellect⁹ ē naturalis ⁊ operatur naturalr ⁊ ex necessitate. ⁊ voluntas liberalis et nō necessaria ⁊ operaṫ libeṙ ⁊ nō de necessitate. iō necesse ē ꝙ ois pductio q̄ ē i diuia natura fit p modū itellectus. ⁊ fit naturalis ⁊ necessari a vl̄ p modū volūtatis ⁊ fit liberalis: nec sunt alij mōi pducendi nisi isti duo.

Productio filij ē naturalis.

Prima aūt pductio i esse diuio ē naturalis. ⁊ iō p modū intellect⁹. ⁊ sic necessaria. Uñ de⁹ itelligēdo suū eē ⁊ suā substātiā. pducit necessario suā ymaginē et figurā sui esse ⁊ sue substātie. sicut sol radiū. ⁊ cōicat ⁊ dat sue ymagini totā suā substātiā.

Uocatur gñatio.

Et qꝛ pductio est p modū nature. iō vocaṫ gñatio. ⁊ qꝛ pduct⁹ ē eq̄ nobilis et p se subsistēs sicut pducēs ⁊ ē pfecta ymago pducētis

Dicit filius.

ideo vocaṫ fili⁹ ei⁹. ⁊ pducēs vocaṫ pr̄. Et qꝛ pr̄ pduxit filiū intelligēdo se. iō fili⁹ vocaṫ verbū pr̄is. Et qꝛ illd

Dicitur verbum patris.

qd pducit p modū intellect⁹ vocaṫ verbuꝫ itellectuale siue noticia seu sapiētia. iō vocaṫ ymago ⁊ verbū ⁊ sapiētia pr̄is.

Dr̄ ymago pr̄is.

Et qꝛ q̄libet est p se subsistēs ⁊ natura itellectualis ⁊ rōnalis. iō vterq̄ vocaṫ persona.

Uocatur persona.

Et sic sunt due psone i diuia natura p vnā pductionē. coeq̄les. coōipotētes ⁊ coeterne. Nec pōt esse nisi vna pductio i deo p modū nature ⁊ p vnū modū. qꝛ de⁹ pducit naturalr̄ tm̄ quātū pōt ⁊ ſm totā suā ꝟtutē.

Est soluꝫ vn⁹ fili⁹.

Et iō qꝛ ē act⁹ pur⁹ ⁊ ifinite actiu⁹ tot⁹ q̄cq̄d pt̄ p modū nature pduxit vna vice. Jō nō pt̄ eē nisi vn⁹ pduct⁹ p modū nature. qꝛ i illo terminaṫ tota pductio. Nec pr̄ pt̄ vltra pducere p illū modū qꝛ pduxit q̄cq̄d potuit p modū nature. ⁊ sufficit ei vn⁹ pduct⁹. ⁊ vn⁹ fili⁹. ⁊ vna pductio p illū modū. qꝛ pduct⁹ ē ifinit⁹. ⁊ pductio ifinita. Et sic fi pt̄ eē nisi vn⁹ fili⁹ vna ymago. vnū ꝟbū. ⁊ sapiētia pr̄is

¶ Qꝫ pductio p modū itellect⁹ ⁊ nature iā repta. manifestat nobis de necessitate esse i deitate aliquā pductionem per alium modū. s. per modum volūtatis ⁊ libertatis. ¶ Titu.lij.

Titu. lij.

De pcessione spiritussācti.

Et qꝛ semper opꝫ nos pcedere ordinate. ⁊ de gradu i gradū. iō p istā pductionē summā ⁊ infinitā iā dictā. dei grā inuentā. debem⁹ vlteri⁹ currere ad inueniendū si est in esse diuino alia pductio. Et qꝛ pater dās est intelligēs. ⁊ fili⁹ pduct⁹ recipiēs similiter est intelligens ⁊ non ignorās. ⁊ cū ex dare ⁊ recipere q̄ sunt pfecta. opꝫ ꝙ pcedat ⁊ sequaṫ aliud. qd nō est dare neq̄ recipere. s. amor ideo cū in diuina natura sit dare ⁊ recipe

re ꝛ dās ꝛ recipiēs. ops ꝙ ꝓcedat amor a dāte ī recipiē tem. ꝛ a recipiente in dantē ꝛ sic est ibi ꝓcessio amoris ab vno in alterū. ꝛ ecōuerso. ꝛ sic est ibi tertia res ꝓdu cta. s. amor. q̄ quidē res nō est pater neqꝫ filiꝰ. sed ꝓce dēs necessario de ambobꝰ. qꝛ pr̄ nō pōt nō amare suā ymaginē. suū filiū ab ipo ꝓductū. cui dedit om̄e qđ hꝫ nec filiꝰ pōt nō amare prem̄ q̄ genuit eū equalē ꝑ oīa sibi. Et sic ꝑ prima ꝓductionē inuenimꝰ scđam. ꝛ pri ma ꝓbat ꝛ manifestat scđaꝫ. ꝛ sic sunt due ꝓductiōes in diuina natura multū differētes. quia prima est per modū intellectus naturalis ꝛ necessaria. ꝛ scđa per mo dum voluntatis ꝛ libertatis ꝛ sic voluntaria. quia pro ductus ꝑ istā ꝓductionē est amor ꝛ charitas. sꝫ amor a volūtate ꝓcedit. ¶ Rursus ista ꝓductio fit a duobꝰ si mul. s. a pr̄e ꝛ filio. qꝛ ambo ꝓducūt tertiū sꝫ prima ꝓ ductio fit ab vno tm̄ scꝫ a pr̄e. Sꝫ qꝛ pater nō est prior filio sed ab eterno sunt simul. iō nō priꝰ ꝓcedit amor a pr̄e in filiū ꝙ̄ a filio ī pr̄em. iō nō sunt due ꝓductiōes amoris pr̄is ꝛ filij. sꝫ vna tm̄. et ideo ꝓducit amor ab ā bobus tanꝙ̄ ab vno ꝛ ꝑ vnū modū. s. ꝑ voluntatē libera lem. ¶ Rursus sicut ꝓductꝰ ꝑ modū nature et intellectꝰ nominatur ymago. verbū ꝛ filiꝰ. ymago noīatur tanꝙ̄ ha bēs similitudinē exp̄ssam ꝛ conformē pr̄is. Uerbū no minat ipm̄ tanꝙ̄ similitudinē expressiuā ꝛ itellectualē. Et filiꝰ tanꝙ̄ similitudinē ꝑ se subsistentē ꝛ naturalē. Jdeo ꝓductꝰ ꝑ modū volūtatis vocat donū. amor. cha ritas vel nexꝰ. vinculū ꝛ sp̄ūsctūs pr̄is ꝛ filij. quia ista sunt volūtaria. donū noīat ipm̄ vt voluntariū donuꝫ seu datū. Amor nexꝰ. charitas ꝛ vinculū noīat ipm̄. vt donū voluntariū primū ꝛ principiū. Sp̄ūsctūs noīat ipm̄ vt donū voluntariū primū ꝛ ꝑ se subsistēs. siue hy postaticū qđ idē est. ¶ Ecce distinctos modos ꝓducē di duos ꝓductos. distinctos realr̄. q̄ sunt eq̄les ī oībus. qꝛ hn̄t eandē nūero essentiā. ꝛ idē esse indiuisum. Si cut eīm filiꝰ est equalis ꝑ oīa pr̄i. nec vnꝰ maior altero ita sp̄ūsctūs est equalis ꝑ oīa pr̄i et filio qꝛ producit ab ambobꝰ tanꝙ̄ ab vno. Neqꝫ est posterior eis ꝓpter hoc qꝛ est tertiꝰ. sꝫ ab eterno simul sunt. qꝛ ibi nō est or do durationis sꝫ tm̄ ordo originis. Jō pr̄ est primus. ꝛ a nullo recipit ee diuinū. nec orit ab aliq̄. Filiꝰ est scđus qꝛ primo orit a pr̄e. nō prioritate tp̄is. Sp̄ūssanctus ē tertius. qꝛ ab ambobus ꝓcedit. Et tm̄ oēs tres equales sunt. qꝛ habent idē esse diuinū ꝛ eādem substātiā indi uisam. sꝫ per tres modos. Qꝛ pater tanꝙ̄ fons deitatis hꝫ a se esse. et ꝑ modū dātis tm̄. Jlliꝰ hꝫ esse diuinum per modū recipiēdi ab alio tm̄. et hoc per modū gene

Sp̄ūssanctus a pr̄e ꝛ filio ꝓcedit.

Filius dr̄ ymago verbum.

Sp̄ūssanctus dicit multis nominibus

Trinitas personarum concluditur.

rõnis.⁊ quicquid h3 h3 tanq̄ ei datū a p̄re.Sȝ spūssā ctus h3 diuinū eē p modū pcedētis seu pcedendi ab vtroq̄ ad modū volūtatis.iō sua pductio vocat̄ spira tio siue pcessio.Et sic in esse diuino est vera origo ⁊ ve ra distinctio ⁊ tñ idē eē.nec tñ ē ibi prioritas neq̄ po sterioritas durationis nec pcessionis.sicut pȝ in sole:qꝛ q̄uis radi⁹ oriat̄ a sole:tñ nō ē pri⁹ sol q̄ radi⁹.et simr de igne:qꝛ lȝ splendor ⁊ calor orian̄t ab igne: tñ simul sunt.nec ignis est prior q̄ splēdor.sic ⁊ calor sic q̄ p̄r ⁊ filius ⁊ spūssanct⁹ equales sunt.⁊ p̄r infinit⁹: ⁊ filius infinitus ⁊ spūssanct⁹ infinit⁹:qꝛ necesse est q̄ amor q̄ pcedit a p̄re in filiū ⁊ ecōuerso.sit infinitus qꝛ pater amat filiū quātū pōt.⁊ fili⁹ amat patrē quātū pōt.et qꝛ p̄r pōt in infinitū.⁊ fili⁹ pōt in infinitū igit̄ amor q̄ est spūssctūs est infinit⁹ ⁊ ille est tertia p̄sona: et per. ɔ̄ns equalis patri ⁊ filio in infinitū.sicut ambo sūt in finiti.Ecce q̄ q̄liter recto ordie dei auxilio inuenim⁹ in eē diuio duas et̄nas pductiōes idesinētes ⁊ tres p̄ sonas eq̄les realr̄ distinctas.⁊ tñ non est nisi vna sub stātia.vna natura.vnū eē indiuisum.ifinitū in trib⁹. ¶Qr̄ hō pōt induci ad ɔcedēdū q̄ vna ⁊ eadē substā tia infinita.indiuisa possit esse in tribus realr̄ distin ctis q̄uis sit incōprehēsibile ab hoīe. Ti.liij.

Q Uoniā autē valde incōprehēsibile est in in tellectu humano:q̄ vna, eadēq̄ substantia indiuisa realr̄ sit in plurib⁹.ideo hic p̄ ali qua iā nota nobis in reb⁹ creatis fiet ma nifestatio:vt nō videat̄ impossibile. immo valde possibile.Si eñi vna natura creata de nihilo. finita.eadē specie.sed nō numero.pōt esse in plurib⁹ realiter:vt pȝ:qꝛ vna natura humana est in pluribus realiter eadē specie vt in petro ⁊ ioāne.Quare nō da bimus vnū gradū.maiorē in vnitate ipsius nature in create;infinite ⁊ sine mēsura:vt s.ipsa natura diuina: infinita.increata.vna necessario indiuisa.realiter sit ⁊ possit eē in plurib⁹ p̄sonis realr̄ distinctis? Uñ ma ior vnitas ⁊ idētitas post vnitatē in specie.est vnitas in numero.Ergo sicut natura diuina increata ⁊ infini ta ascēdit semp supra naturā creatā ⁊ finitā sine mē sura.ita vnitas nature infinite ⁊ increate ascendit sp supra vnitatē nature finite ⁊ create;⁊ hoc sine mensu ra.Ergo postq̄ natura creata eadē specie.inuenit̄ rea liter in plurib⁹.⁊ ei repugnare nō pōt quin hoc possit ergo ipsa natura infinita increata eadē numero inue nitur realiter in tribus:⁊ sibi nō repugnat.Itē vbi ma ior vnitas;ibi maior perfectio.maior ɔcordia: maior

Unitas diuie na ture.

par:ergo inter psonas in diuinis necessario est quod sit summa vnitas qua nō possit eē maior nec cogitari. Et ita est quod sit vna substātia necessario in tribus numero:aliter nō esset maxima vnitas nec maior que possit esse aut cogitari. nec maior quam inter psonas creatas. sicut inter hoiem et hoiem et sic possibilis esset discordia aut diuisio inter psonas diuinas sicut inter hoies vt posset intelligi esse:quod est impossibile. Sicut necesse est ergo eē pluralitatē psonarū in diuinā natura iam ma. ita necesse est eē vnitatē substantie. Dz tn hoc hō cōcedere lz nō possit cōprehēdere quō possit esse. Or' nō sequit quod si nō possit cōprehēdere ita esse. quod ergo non sit. Uñ aliqñ hō multa cognoscit p experientiā. que tamen cōprehēdere nō pōt p rōnē. Ql corpus et aīa que sunt valde diuersa faciūt vnū hoiem hoc videm⁹. sed quō hoc fieri poterit nō cōprehēdim⁹. Si ergo est illud incōprehēsibile quō sit. et tn hō per expientiā hoc cognoscit esse. quāto magis id qd per nullā expientiā pōt videri humanā et tn multa per expientiā pōt cognoscere qui p rōnē nullo mō pōt cōprehēdere. et ecōuerso. Ut rō pbat quod idē est in deo. posse intelligere et velle. et sunt idē qd esse in deo. et sic tria sunt vnū. et tn hoc quō fieri pōt nemo cōprehēdit. Tātū aūt est incōprehēsibile quod eē dei sit tria hec. s. posse intelligere et velle. quātū quod tres psone sunt vna substantia et vnum esse:et tamen primū omnes concedunt. | Pluralitas personarum.

¶ Ql oia que probata sunt de pluralitate personarū et vnitate in diuinis possunt manifestari per verbum actiuum et passiuum. Titulus.lv.

Uoniā aūt oīa pdicta sūt altissima. et nostrū intellectū supgredientia. iō vt fiant nobis aliqualr pportionata p exempla. que maxime sunt nobis familiaria. et cū quibus cleric⁹ habeat noticiā a puericia de verbo actiuo et passiuo iō per illa quilibet cognoscit de ipsis. Ecce valde cōgruū ascēdere ad intelligendū illa que dicta sunt. ecce exēplū valde cōueniēs et nos illuminās. Sicut se hz vbū actiuū ad passiuū. et ecōuerso. sic se hz in diuinis pr ad filiū et ecōuerso:quia pr est actiuū et psona actiua. et fili⁹ passiuū et psona passiua. Sicut eñ vbū actiuū est plenū et pfectū vbum et a nullo alio vbo oritur nec pducitur inquātū actiuū:imo est pmū seipso. Ita pr in deitate est plen⁹ de⁹. et pfect⁹ de⁹. et a nullo alio orit et pducit. imo est prima psona et primū pricipiū i eē diuino: Et sicut vbū actiuū de seipso hz plenā significationē et suū totum significatū ita pr in

Prima ꝯuenientia

Secūda

seipso: hʒ plenā deitatē: ⁊ totū eē diuinū ⁊ totū ꝯtinet in seipso. Unū significatū siue res significata vbi acti-

Tertia. ui. est sicut esse diuinū seu substātia diuina. Et sicut vbū actiuū quis ex seipso sit pfectuʒ et plenū. pducit ex seipso vbū passiuū ita ꝙ actiuū orit a nullo. ⁊ passiuum orit ab actiuo ⁊ nō ecōuerso. ⁊ est scdm ⁊ non est primū. ⁊ actiuū est primū ⁊ nō scdm. Ita pr quis ex se ipso sit pfect⁹ ⁊ plenus de⁹ pducit tn̄ de seipso filium tanꝙ passiuū ⁊ fili⁹ orit a pre tanꝙ a suo actiuo et nō ecōuerso. Et fili⁹ est scda psona. et pr prima psona et nō secūda. Et sicut de necessitate vbū actiuū pducit

Quarta. suū passiuū vbū. ita ꝙ impossibile est vbū actiuū esse qn pducat vbū passiuū. ⁊ simul sunt qz non est prius actiuū ꝙ passiuū qz actiuū nō pōt eē sine passiuo. nec prius est actiuū et postea passiuū. sed simul sunt vel nō sunt. Ita pr qui est tot⁹ actiuus de necessitate pducit suū filiū ita ꝙ impossibile est deū actiuū eē qn pducat ppriuʒ passiuū. nec est pri⁹ pr actiuus ꝙ filius

Quinta. passiuus. Itē sicut vbū actiuū cōicat suo passiuo vbo dum ipm pducit quicqd hʒ. s. totū suuʒ significatū: et quicqd se tʒ ex parte rei significate et oīa sibi cōicat. dempto suo mō pprio ⁊ sua pprietate p qua est actiuū qz suū pprium modū nō pōt cōicare. ⁊ ıō silr verbū passiuū hʒ suū pprīū modū ⁊ suā pprietatē quā non hʒ vbū actiuū qz actiuū nō est passiuū: nec passiuum est actiuū. sed tn̄ oīa alia sunt eis cōia: dēptis pprijs modis qui nō pñt stare simul in eodē. ⁊ ıō necesse est ꝙ sint duo vba: nec pñt eē vnū vbū: ⁊ tn̄ hñt vnū ⁊ idē

Sexta. significatū: ⁊ vnā ⁊ eādē reʒ signatā ⁊ nihil est in actiuo quin etiā sit in passiuo vbo sed alio mō. Et sicut vbū actiuū ⁊ passiuū sunt duo vba distincta pter duas pprietates distinctas: q nō pñt eē in vno simul. ita silr in diuino eē pr qui est tot⁹ actiuus: cōicat suo filio passiuo dū ipm pducit qcquid. hʒ. totā suā essentiā et totū suū eē. ⁊ qcquid se tʒ ex parte sui eē et eē diuini et oīa cōicat suo mō pprio dempto solū. ⁊ sua pprietate actiua. p qua est pr ⁊ sumit actiuus qz hoc cōicare nō pōt. Silr suus filius passiuus hʒ suū pprīū modū ⁊ pprietatē passiua corrñdentē pprietati actiue pris ꝙ

Septia. pprietatē hre nō pōt pr. Et ıō pr nō est filius: ⁊ filius nō est pr: ⁊ tn̄ oīa alia sunt cōia. et oīa que sunt in pre sub mō actiuo ⁊ sub illa pprietate pnali. sunt in filio sub mō passiuo ⁊ proprietate filiali. Et sic necessario sunt duo distincti pr ⁊ fili⁹ pter duas pprietates incōicabiles. Itē sicut vbū passiuū p oīa est equale suo verbo actiuo nec vnū est maius altero qz in vbo acti-

Exēpluʒ de eq̄lita te in trinitate.

uo reperitur significatū ꝛ modus significādi ꝓprius ꝛ in vbo passiuo siīr repitur idē significatū ꝛ suus ꝓprius modus significādi. Ita cōformiter filius per oīa est equalis patri. nec vnus est maior altero:qꝛ in patre nō est nisi eē diuinū ꝛ ꝓprius modus ꝛ in filio idē eē diuinū ꝛ suus ꝓprius modus. ita ꝙ idē esse est sub duobus.cū modis inequalibus vtrobiqꝫ.i.eē vtrobiqꝫ. ꝓprietas nō eadē sed correspōdēs:ꝛ sic tm̄ est in vno sicut in al tero. Et sicut nos videmus ꝙ vbū actiuū inquātū actiuum hꝫ suū ꝓpriū casum.s.accusatiuū:ꝛ hoc est sibi ꝓpriū inꝗtū actiuū ꝛ iō nunꝗ cōicat illū accusatiuum suo vbo passiuo ꝛ siīr verbū passiuū inꝗtū passiuum hꝫ suū ꝓpriū casum.s.ablatiuū quē nō actiuū.imo isti casus sunt incōicabiles inter ipsa qꝛ ipsis cōueniunt per suas distinctas ꝓprietates. ꝛ tñ si verbū actiuum habeat aliquē aliū casum vltra ꝓpriū actm̄ vt vel genitiuū vel datiuū vel aliū accusatiuū vel ablatiuū: qꝛ illū nō hꝫ tanꝗ actiuū.nec rōne ꝓprij modi sui sed rōne sui significati ꝛ rei significate. vt vbigratia. istum verbū accuso ꝑter ꝓpriū accusatiuū hꝫ genitiuū.vt accuso te sceleris ꝛ istud verbū do hꝫ datiuū vt do tibi filium ꝛ doceo aliū accusatiuū.vt doceo te grāmaticaꝫ. hic est alius accusatiuus:vt hic audio lectionē a magistro.est ablatiuus.ideo sicut hic verbū passiuū hꝫ eūdem casum quē hꝫ suū vbū actiuū vltra ꝓpriū actm̄. habet etiā vltra suū ꝓpriū ablatiuū ꝛ totū quicꝗd hꝫ vbū actiuū vltra ꝓpriū accusatiuū.hoc totum cōicat suo vbo passiuo ꝛ sic primo hꝫ actiuū.postea passiuū. Ideo dr̄ accusor a te sceleris.filius daꝛ tibi a patre docer a te grāmaticā.lectio audiꝛ a te magistro.logica legiꝛ a me henrico. Et causa huius est:qꝛ hñt idē sigtuꝫ. ꝛ eandem rem significant.et illi casus tenēt se ex parte significati:et non ex parte modi proprij. ideo sunt casus communes. Ita conformiter in deitate. ¶Pater inquātum pater ꝛ actiuus:habet aliqua que sibi soli conueniunt:vt esse primum principium nō de alio pn cipio in deitate.esse a se.et innascibiles.esse improductum ꝛ esse prima personam.similiter generare. Et qꝛ ista conueniunt per suum moduꝫ proprium inquantum pater.non cōmunicat ea suo filio passiuo producto ab ipso. Et similiter filius inꝗtum filius et passiuus habet aliqua que sibi soli conueniunt:vt esse productum per modū nature ꝛ intellectus natū esse.secūdam personā esse.ymaginē esse.verbum esse. Et quia ista conueniunt et per suum proprium modum. ideo solus habet. Sed tamen quicquid pr̄ hꝫ inquantum

Octaua. Exēplū de ꝓprijs ꝑsonaꝝ.

deus ⁊ ex pte ipsius eẽ et essentie et oẽs proprietates
q̄ conueniũt eẽ diuino totũ cõmunicat suo filio Et qꝛ
eternitas.oipotẽtia.summa sapiẽtia summa bonitas
veritas volũtas vita ⁊ multa alia se tenẽt ex parte esse
Nota. ⁊ essentie.⁊ cõueniũt patri inquantũ deꝰ est. iđ om-
nia cõicat suo filio ⁊ sunt cõia ⁊ ꝓpria.¶ Preterea si
cut verbũ passiuũ quicq̃d hꝫ.hꝫ vt datum ⁊ receptuꝫ
Decima et totum tñ habet sicut actiuum.ita filius q̄cq̃d hꝫ.hꝫ
vt datum et receptum.⁊ totum tamen habet quod pa-
ter.Et sicut si verbũ actiuum eẽt ab eterno. necesse es
set etiam verbũ passiuũ esse ab eterno. Jta qꝛ pater ẽ
ab eterno.necesse est filiũ ab eterno esse. Et sicut ver-
bũ actiuũ non hꝫ nisi vnum verbũ passiuum. nec põt
Undecia hẽre aliud.⁊ illud ei sufficit. Jta pater nõ hꝫ nisi vnicũ
filium.nec potest aliũm habere.qꝛ ille sufficit ei.¶ Ec
ce igitur qualiter est magna silitudo inter patrem et
filiũ ab vna parte.et verbũ actiuũ ⁊ passiuũ ab altera
parte ita q̄ multũ relucet nobis mysteriũ diuinarũ ꝑ
sonarũ in ista cõparatione qꝛ vtrobiq̄ est vnũ ⁊ ideꝫ
cõe.⁊ due ꝓprietates vt in verbo actiuo et passiuo idẽ
sig̃tum ⁊ duo modi.nã idem significatũ intelligo duꝫ
dico amo ⁊ amor sꝫ duobꝰ modis.silr in patre ⁊ filio ẽ
Duodecima. eadẽ essentia q̄ est cõis.⁊ duo modi seu due proprieta
tes.Et sicut in v̈bo actiuo et passiuo est cõparatio in
tellectualis.Jta est in prẽ ⁊ filio.qꝛ pr̃ intelligendo ꝓ-
duxit filiũ.sicut verbũ actiuũ ꝑ virtutem intellectꝰ ꝓ
duxit v̈bũ passiuũ de necessitate.Et sic hẽmꝰ exẽpluꝫ
valde cõueniẽs ⁊ familiare ad duas diuinas ꝑsonas.
Sed qꝛ verbũ actiuũ ⁊ verbũ passiuũ non sunt res in
Tredecima. telligentes.iđ nõ producũt amorẽ inter se sꝫ tñ si ver-
bũ actiuũ intelligeret suũ passiuũ verbũ.ipsũm dilige
ret tãq̄ suã ymaginem.⁊ verbuꝫ passiuũ diligeret suũ
actiuũ.qꝛ ab ipso hꝫ oĩa.⁊ sic esset ibi silitudo tertie ꝑ
sone in trinitate.scꝫ spiritussancti.qꝛ actiuum et pas-
siuũ sꝑ sunt sil.⁊ insimul producerent vnum amorem.
Sed tñ large possumus cõparare verbum impersona
le passiue vocis spirituiscto quia verbum actiuum et
v̈bũ passiuũ ꝓducũt ipꝫ ꝑsonale ⁊ ab eis ꝓcedit ⁊ su-
mit oĩa q̄ hꝫ.⁊ est tertiũ v̈bũ ꝓductũ ab eis.Uñ capit
vocẽ passiuã a passiuo ⁊ significationẽ actiuã ab acti
uo:⁊ hꝫ suũ propriũ modum ⁊ proprietatem.⁊ non est
actiuũ neq̄ passiuũ.Uñ distinguitur ab actiuo ⁊ passi
uo quia significat indeterminate sine certa persona
et numero et tamen habet idem significatum et rem
eandem significat quam significat actiuũ ⁊ passiuum
Unde ideꝫ significatur dũ dicitur lego lectionem:. et

lectio legitur. ac legitur impersonaliter sumptum sed tñ non eodem mõ ꝛ sic est idem significatũ ꝛ tres modi. ꝛ ideo sunt tria verba distincta.

¶ Generalis epilogatio. Titulus. lv.

Ecolligẽtes ꝙ in gñali oĩa q̃ manifestata ꝛ reuelata sũt nobꝭ pscalã q̃ttuoꝛ graduũ nature possum⁹ videre q̃r p cõpationẽ hoĩs q̃ ẽ in q̃rto gradu ad alĩs res iferioꝛes tres ꝛ ipoꝝ adiuicẽ ꝛ hoc scðꝫ cõueniẽtiã gñalẽ ascẽdim⁹ ad cognitionẽ vni⁹ nature supꝛeme ꝛ infinite. q̃ ẽ supra hoĩem. ꝛ q̃lis sit ꝛ quãta sit ꝛ īuenim⁹ in illa natura supꝛema. eẽ viuere. sentire ꝛ intelligere aliud q̃ scala nature. Et ibi fecim⁹ aliã scalã. ab ipõ eẽ incipiẽdo ꝛ pcedẽdo ad alios gradus ꝛ inuenim⁹ q̃ illa sũma natura q̃ ẽ de⁹ nĩ idẽ est eẽ qð viuere. qð sentire. qð itelligere. Rursuꝫ īuenim⁹ illð eẽ iproductuꝫ nõ acceptũ. ſꝫ eternũ. ꝛ q̃ ab illo eẽ eterno ꝛ ab illa natura ẽ pductũ totũ eẽ mũdi ꝛ tota scala nature. ꝛ hoc de nihilo ꝛ de nouo. Et p istã pductionẽ mũdi de nihilo pinuẽtã. ascẽdim⁹ ad vnã aliã pductionẽ nobilissimã ꝛ eternã. ꝛ illã cõclusim⁹ eẽ. qð eẽ est de ipõ eẽ diuio. p quã iuenim⁹ in natura diuia duas psonas eternas ꝛ deũ de deo eẽ pductũ. et hoc p modum nature. Rursus p istã pductionẽ quã īuenim⁹ in natura diuina reperim⁹ ẽt ibidẽ eẽ necessario aliã pductionẽ de eẽ diuio. q̃ est p modũ volũtatis ꝛ libertatis. p quã pducit tertia psona in eẽ diuio. Et sic in gñali pscalã nature iuenim⁹ q̃uoꝛ. s. eẽ diuinũ ꝛ tres pductiões ipi⁹ eẽ diuini scꝫ ipsi⁹ dei. ꝛ tria pducta a deo. Pria pductio iuẽta est in pductione mũdi ꝛ de nihilo extra se. Et scða pductio est dei de deo intra se. et ab eterno p modũ nature. Tertia est pductio dei de natura diuia p modũ volũtatis. Et iste due sunt eterne. ꝛ sine pricipio. ꝛ sine fine nũq̃ cessantes. Tria g̃ sũt pducta. s. mũdus. fili⁹. ꝛ spũsctus. ꝛ vnũ inpꝛoductũ. scꝫ pr̃. fili⁹ g̃ est a pr̃e. spũsctus a pr̃e ꝛ filio. ꝛ a pr̃e ꝛ a filio ẽt a spũscto taq̃ ab vno mũdus est pductus. Ex istis oĩbus possum⁹ cõcludere talẽ diuisionẽ in q̃ cludũt oĩa. Oẽ qð est vel ẽ ab eterno ꝛ a seipso. vel nõ ab eterno nec a seipso. vel est ab eterno et nõ a seipso ſꝫ ab alio. In pria pte diuisiõis est pr̃ in alia parte mũdus. i tertia filius ꝛ spũsctũs. Et sic p istũ pcessum īuenim⁹ deũ trinũ ꝛ vnũ. Unũ in eẽntia. et trinuꝫ in psonis. a q̃ oĩa. in quo oĩa. ꝛ p q̃ẽ oĩa q̃ viuit bñdictus in secula.

¶ Seq̃t cõpatio hoĩs q̃ est in quarto gradu ad alias res inferioꝛes triũ graduũ scðm cõueniẽtiã spãlẽꝫ. ꝛ

Pꝛimo.

Secũdo.

Tertiõ.

Quarto

t de fructu qui inde colligitur. ¶ Titulus.lvi.

Onsiderata cōparatiōe hoīs ad alias res inferiores triū graduū scđm cōuenientiā generalem.ex qua collect⁹ est fructus inestimabilis.Et qr est adhuc alia cōueniētia et silitudo specialis.iō nunc cōsiderādum est vñ hō hʒ cōueniētiā ⁊ silitudinē spālem vltra gñalē. Prio cū reb⁹ q̄ sūt i pzio gdu q̄ tm̄ hñt eē.s. cū elemētis ⁊ cū corpibus celestib⁹. Qr sicͭ illa ordinata sunt inter se.sic hō ē ordiatus in seipo. Nā in illis q̄ habēt tm̄ eē.nobiliora ⁊ digniora sunt superius ⁊ alti⁹ ⁊ minus nobilia ⁊ minus digna sunt inferi⁹ ⁊ infima vt celum sursum ⁊ terra deorsum.Et inter elemēta silr. qr terra minus digna ideo infima.⁊ aqua que ē dignior iō superior est q̄ terra ⁊ aer q̄ aq̄.et ignis q̄ aer. Ita silr i corpe hoīs caput est supremū i altissimo loco positū.nobilissimū.et dignissimum inter mēbra exteriora.⁊ alia mēbra minus digna sunt infima.vt pedes.et sicut terra quia infima portās oīa elemēta.Ita pedes sūt infimi portātes alia mēbra. Sicut ĝ inter elemēta sunt supi⁹ ⁊ inferi⁹ ita in hoīe.Itē sicut superiora corpora regūt inferiora corpa.ita caput ⁊ mēbra supiora et manus regūt inferiora membra.Et sicut corpa celestia.vt sol q̄ influit vitā oībus aliis corpozib⁹ ⁊ dat eis lumen ⁊ influit vitā oībus corpibus viuentib⁹. collocatͬ in medio septē planetarū.⁊ influit superi⁹ ⁊ inferius sedens in medio.Ita in hoīe cor qđ influit vitaȝ et calorē oībus membris collocatͬ in medio ⁊ ibi sedet influēs superi⁹ et inferius.Ecce magnam conuenientiam ⁊ similitudinem.

De formatione hoīs sm corpus.

¶ De cōuenientia specialiter hominis ad res secundi gradus q̄ habent viuere et eē tantū. Titu.lvij.

Ex amo- gn̄atur qn̄ volūtas hꝫ illō qō nō vult neqꝫ etiā amat. sꝫ
re dei ne- hꝫ illud qō hꝫ odio. Et idō qn̄ de⁹ ē res ꝓ̄mo amata ab
cessario ipa volūtate tūc ex tali amore necessario gn̄atur gau
gaudiuꝫ diū. qꝛ de⁹ nō pōt mori. nō pōt deficere neqꝫ ꝑdi ab
sequit̄. ipa volūtate. sꝫ semꝑ est pn̄s semꝑ adest ipsi volūtati.
Et idō volūtas hꝫ semꝑ principaliter illud qō vult ⁊ qō
amat, ⁊ hꝫ semꝑ rē amatā indeficientē immortalē im
mutabilē. semꝑ viuentē. inuariabilē ⁊ nullo indigentē
Et idō amor dei semꝑ pōt durare ⁊ ꝑmanere. qꝛ talis est
Amor dei amor. q̄lis ē res ꝓ̄mo amata. Et idō talis amor erit imor

talis indeficiēs. fixus firmꝰ. imobilis. semꝑ viuēs nullo
alio indigēs cōtinue manēs ⁊ durās. Uide ꝙ ꝙ volun est imor
tas nr̄a in qua gn̄atur amor. ⁊ seminatᷓ ē imortalis ⁊ ꝑ talis.
petua ac spūalis. Q2 res ꝑmo amata q̄ est deus ⁊ imor
talis ipassibilis ⁊ inuariabilis. sūme bonꝰ. sūme ama-
bilis. sūme delectabilis. sūme spūalis. ⁊ sūme ꝯueniē-
tissimus volūtati q̄ solus ē dignꝰ ꝑmo amari. ⁊ cui ꝑmi
tus debetᷓ amor. seqᷓt ꝙ talis amor q̄ hꝫ talia fundamē
ta imortalia erit imortalis ⁊ imꝑpetuū durās sine fine
sine termino nūꝗ̄ deficiēs. q2 ipsa volūtas ꝑ amorem
mutatᷓ in naturā rei amate. Ergo seqᷓtᷓ ꝙ q̄cq̄d senti
tur de re amata. sentitᷓ etiā de amāte. Et si res amata Eodem
est indeficiēs ⁊ imortalis etiā vt ꝓbatū ē sequitᷓ ꝙ vo- titulo.
lūtas nr̄a si ꝑmo amet deū sit imortalis. indeficiēs. fir-
ma. secura. fixa. inuariabilis. semꝑ viuēs. semꝑ durās.
sine fine. sine termino. Et q2 ex tali amore necessario Infinitū
oritur gaudiū. sequitᷓ ꝙ tale gaudiū erit semꝑ durās si gaudiū a
ne fine nūꝗ̄ deficiēs nūꝗ̄ fluēs. sꝫ inuariabile. firmū so morᷓ dei.
lidū fixū. ⁊ imortale. manēs in ipa volūtate. Sicut eñ
ex amore oritᷓ gaudiū. ita ex eterno amore oritᷓ eternū
gaudiū. Declaratū est q̄liter ex dei amore q̄ est pri
mus in volūtate oriatᷓ in ipa gaudiū durans sine fine.

¶ De cōditionibus ⁊ ꝓprietatibus quibus indutum est istud gaudium.

Titulus .cl.

Et q2 vt dictū est gaudiū est fructꝰ amoris, Ti.cxlviij
idō tale erit gaudiū qualis est amor. ⁊ talis
est amor q̄lis ē res amata. Et q2 iā mōstra Titulus
tū est certissime q̄s cōditiōes. q̄s ꝓprieta- cxxxiiij.
tes hꝫ ipe amor dei. idō sequitᷓ ꝙ siles condi
tiones ⁊ siles ꝓprietates erūt i gaudio orto ⁊ nato. de
illo amore. Q2 qualis arbor talis fructꝰ eiꝰ. Et ideo q2
amor dei q̄ est ꝑmus. est semē iustū scīm verū ⁊ ordi-
natū. purū sincerū ⁊ imaculatū. mūdissimū diuinū et
optimū rectū ⁊ sm̄ naturā hoīs inquātū hō est. Exinde
sequitᷓ ꝙ istud gaudiū qđ nascitᷓ de tali amore ē fructꝰ
iustus. scīssimꝰ verꝰ ordinatꝰ purꝰ sincerꝰ imaculatꝰ
mūdissimꝰ diuinꝰ optimꝰ ⁊ rectꝰ. ⁊ est gaudiū qđ ꝯue-
nit hoī inquātū hō est. ⁊ sm̄ naturā hoīs. ⁊ est totꝰ sm̄
deū. Q2 sicut totꝰ amor est sm̄ deū. ita totū gaudiū est
sm̄ deū. q2 ex illo amore oritᷓ gaudiū. ⁊ sic totū gaudiū
oritᷓ ⁊ nascitᷓ de deo. ⁊ radicatᷓ i deo ⁊ i creatore. ⁊ nō in
creatura ⁊ durabit tādiu q̄ diu deꝰ creator durabit. et
q2 deꝰ durabit semꝑ. sic gaudiū etiā qđ inde surgit du
rabit sꝑ. Et q2 vbi ē verū gaudiū ibi ē vā leticia. Idō ta-
le gaudiū icludit verā leticiā. verā iocūditatē. verā be

laritatem delectationem veram.⁊ delectamentum verum:verā cōplacētiā:quietē:trāquilitatē:delicias:exultationes:iubilatiōes:suauitatē:dulcedinē:satietatē:⁊ verā saturitatē.Et q꞉ gaudiū erit eternū sꝑ durans sine fine.sequit̄ ꝙ cū illo gaudio erūt oīa ista ⁊ leticia eterna ⁊ vera sine fine.delectatio eterna.vera ⁊ recta:iocūditas eterna:hylaritas semꝑ durās cōplacētia ꝑpetua trāquillitas eterne delicie: exultatio: iubilatio sine fine.Ecce ergo cōditiones ⁊ ꝓprietates in quib⁹ erit vestitū ⁊ fulcitum ipsum gaudium.

¶ Q̄ gaudiū qđ nascit̄ de amore dei est tota vita hominis ⁊ voluntas. Titulus.cli.

Gaudiū amoris dei est vita hois.

ET qm̄ istud gaudiū est fruct⁹. Jđ q꞉ fructus nascunt̄ ⁊ oriunt̄ ꝓpter vitam ⁊ ad dandū vitā ⁊ nutrimētū ac sustētationē sequit̄ ꝙ istud gaudiū dat vitā ⁊ nutrimentū hoī ⁊ ei⁹ volūtati. Et de ipso ipsa volūtas viuet ⁊ nutriet̄:et est ꝓpria vita hois ⁊ cordis.Sicut eñ tristicia ē mors hois.ita gaudiū est vita hois.Jbi eñ nulla vita est vbi nullū gaudiū.Sꝫ vbi tristicia est ibi mortis nūci⁹ vel mors. Nā gaudiū dilatat cor.fortificat ⁊ confortat:nutrit ⁊ delectat.Et iđ nil aliud vult vel desiderat nisi gaudiū.per ꝯriū v̄o ipsa tristicia mortificat constringit:debilitat:destruit ⁊ annihilat.Et nemo eā vult:neq̄ etiā appetit.Nullus eñ vult esse in tristicia cōtinua neq̄ in tribulatione sed in gaudio ꝯtinuo.Sicut eñ tristicia est mors aīe.ita gaudiū est vita aīe.Q꞉ nō hꝫ verū gaudium ⁊ ꝑpetuū.hꝫ vitā verā ⁊ ꝑpetuā.⁊ que hꝫ verā tristiciā ⁊ ꝑpetuā hꝫ mortē verā ⁊ perpetuā.Ergo qui hꝫ amorē dei in se hꝫ vitā verā ⁊ ꝑpetuā. Q꞉ de ipso amore dei nascit̄ verū gaudiū qđ est vita vera.Qui ḡ hꝫ verū gaudiū hꝫ totū cōplementū.q꞉ ergo totū bonū qđ hō vult habere est ipm̄ gaudiū qđ est vita eius. et qm̄ habet gaudiū hꝫ totū qđ vult hr̄e:⁊ nihil aliud vult habere.q꞉ oīa vult habere ꝓpter gaudiū ⁊ vt gaudiū habeat.Et q꞉ istud gaudiū orit̄ de amore dei soluꝫ et de nulla re alia.ideo sequit̄ ꝙ ad habēdū totū bonū nostrū ⁊ totā vitā nostrā ⁊ totū cōplemētū nostrū.sufficit habere vnicā rē.s.amorē dei.Et q꞉ amor dei est intra hoīem ⁊ nō extra:q꞉ est in voluntate ⁊ in corde. iđ sequit̄ ꝙ ad habēdū totū bonū nostrū.⁊ totū qđ finaliter volumus.s.ipm̄ gaudiū.nō est necesse habere aliquas res extraneas.Et per ꝯñs nec aurū nec argētū.neq̄ lapides ꝓciosos:nec honorem:nec dignitates:nec officia:neq̄ delectationes:neq̄ scientias:nec bona ē.

Habens amorem dei hꝫ verā vitam.

Habens amorem dei hꝫ totū bonū.

poralia.neq3 cibos neq3 potus. Sufficit ergo habere amorē dei de quo nascit͛ oē bonū nostrū:⁊ totū gaudium. Et quia amor dei portat͛ in sola volūtate. ergo hō pōt portare totū bonū suū in sua voluntate. Et qr voluntas est semp̄ in sua libertate:⁊ in suo dominio. ⁊ nullo modo pōt cogi:neq3 pōt auferri ab ea aliqd nisi ip̄a volēte. sic q̄ ip̄sa volūtas si vult nō pōt in eternū p̄dere bonū suū. nec suū gaudiū. Et per ꝯn̄s vitā suaꝫ. q̄a nemo pōt tollere ab ip̄sa amorē dei in quo est vita ⁊ oē gaudiū nisi ip̄sa velit. Cōcludam⁹ ergo q̄ ip̄sum gaudiū qđ nascit͛ de amore dei ē tota vita hoīs ⁊ volūtas.

Amās deum portat totū suum bonū in corde.

¶ De gaudio qđ nascit͛ ex amore dei dum hō viuit in hoc mundo. Titulus.cliij.

Q Uoniā aūt ip̄m gaudiū sequit͛ amorē. ⁊ p̄us est amor q̄ gaudiū:qr eius fruct⁹ est. iō necesse est q̄ sicut dilatat͛ et extendit amor sicut crescit amor. sicut multiplicat͛ amor. ita dilatet͛ ⁊ extendat͛ gaudium. ita crescat gaudiū. ita multiplicet͛ gaudiū. Et qr iā mōstratū est q̄ ex amore dei qui est prim⁹ oriant͛ et multiplicentur multi et ifiniti amores:qr necesse est q̄ qui p̄mo amat deū:amet oīa que dei sunt. Et ideo amor dei extendit se ad oēs creaturas inq̄tū dei sunt. sed p̄rio se extēdit in imaginē dei viuā. Et qr quilibet hō est imago dei. ideo qr p̄rio amat deū. statim amat ei⁹ imaginē viuā: ⁊ per ꝯn̄s amat oēm hoīem. ⁊ exinde orit͛ statim gaudiuꝫ ex tali amore. Qr sicut de amore dei orit͛ gaudiū: ita etiā de amore sue imaginis viue. inq̄tū est dei imago. ⁊ sic tot gaudia habebit quot hoīes amabit: inq̄tū sunt dei imagines. Et sic de quolibet hoīe quē amabit inq̄tū est imago dei. poterit habere gaudiū. ⁊ sic multiplicabit͛ gaudiū in hoc mūdo. Et etiā quilibet gaudebit de seip̄so inq̄tū est dei imago viua. Ulterius etiam qui amabit oēs creaturas inq̄tū dei sunt sic gaudebit de omni creatura inq̄tū dei est. Et sic de amore dei inq̄tū est prim⁹. nascent͛ homini ⁊ multiplicabuntur innumerabilia gaudia:que oīa habēt ortū ab vna radice ab vno semine. s. ab amore. Et ideo iā hō viuēs in hoc mūdo recipit ⁊ colligit iestimabilē fructum de dei amore. quia semp̄ est in gaudio. quia semp̄ est in amore recto ⁊ bono. ⁊ per ꝯn̄s cōtinue est in vita: ⁊ cōtinue viuit: et istud gaudiū nemo potest tollere. sicut nemo pōt tollere amorē. Nec op̄ꝫ in hoc mūdo habere aurū nec argentū: neq3 abundātiā rerū tēporalium ad habēdum istud gaudiū. Quia qui hꝫ amorē dei in hoc mūdo habet suas diuitias in seip̄so intra se: quas

Titulo cxxiiij.

Amans p̄rio deū et amat hoiem.

Amans creaturas ppt deū gaudet de oībus creaturis.

Amans deū hꝫ suas diuitias in corde.

non videt.nemo scit nec cognoscit nisi qui hꝫ. Et ideo qui hꝫ amorē dei. nihil extra se desiderat. nihil extra cōcupiscit.ideo nulli inuidet.nil alienū desiderat: qa iam in se abundat.ꝛ est plen⁹ suo bono.s. suo gaudio qđ est vita cordis.Et ideo oīa alia pro nihilo reputat: ꝛ ideo nō sitit neqꝫ esurit bona corporalia.sed solū curat de amore dei:de quo totū orit̄ gaudium.Patet ergo gaudium quod nascitur de amore dei dum homo viuit in hoc mundo.

Amans deuꝫ oīa despicit.

¶Qꝫ gaudiū sempiternū qđ orit̄ de amore dei pōt eē tale ꝛ sil'e in infinitis hoīb⁹ sicut in vno.ꝛ in quolibet potest esse suum proprium gaudium sine impedimento alterius.

Titulus.cliiij.

Et qꝛ vna res pōt eē pmo amata ab oībus hoīb⁹.s.de⁹.ꝛ in quolibet pōt eē amor dei sil'is.ꝛ ideo sequit̄ qꝫ etiā istud gaudiū potest nasci ꝛ gn̄ari in quolibet hoīe:et tale pōt habere vn⁹ sicut alius.Qꝛ sicut oēs simul pn̄t hr̄e amorē dei.ita pn̄t hr̄e gaudiuꝫ qđ nascit̄ de amore isto.Nec gaudiū vni⁹ pōt ipedire gaudium alterius.Et sic oēs hoīes pn̄t hr̄e sil'e gaudiū.ꝛ pn̄t im pleri gaudio.ꝛ tn̄ pp̄ter hoc nullus hꝫ min⁹.ꝛ tale gaudium hr̄e pōt vnus sicut ali⁹.ꝛ q̄libet pōt hr̄e suū singulare gaudiū ꝛ pp̄riū:ꝛ tn̄ tale erit vnuꝫ sicut aliud: qꝛ sunt sil'ia.sicut amor talis vnus sic ꝛ aliud gaudiuꝫ pōt de nouo multiplicari semp.ꝛ semp pōt fieri nouū gaudiū ꝛ generari. Qꝛ lꝫ sint innumerabiles hoīes ꝛ illi habeāt gaudiū. attn̄ de nouo pn̄t innumerabiles gn̄ari.augmētari.ꝛ nunq̄ terminari:sed semp multiplicari.Et tn̄ pp̄ter hoc gaudiū alteri⁹ nō minuitur. Quāto ḡ hoīes multiplicant̄.tāto gaudiū magis ꝛ magis multiplicat̄.Et tota causa est : qꝛ res primo amata est ipse deus.ꝛ est ipsa res pmo amata quā vnusq̄sqꝫ pōt hr̄e in volūtate ꝛ corde amatā.ꝛ talis amor pōt eē in quolibet,ꝛ sic vn⁹ amor est.qꝛ est vna res pmo amata.ꝛ p ꝯn̄s erit vnū gaudiū multiplicatum in infinitis hoīb⁹.Sic ergo ex vna re gaudiū pōt in infinitū multiplicari sine diminutiōe.qꝛ nō pp̄ter hoc de⁹ perdit aliquid de suo.Ecce ergo qual'r oēs hoīes ꝛ si sint infiniti.pn̄t hr̄e insimul totū suū bonū.totā suā vitā.s. totum suū gaudiū.ꝛ hoc ex ipso solo deo.Et qual'r ip̄e solus est p seipsum sufficiēs dare vitā insimul oīb⁹ hoībus:ꝛ eternū ꝛ sine sui diminutione.ꝛ hoc p amorem suū.Uidete ergo qual'r bona vera hoīm nunq̄ diminuunt̄.sed semp crescere pn̄t et nō hn̄t mensurā neqꝫ terminum;sed magis multiplicatis hominib⁹ siga m

Gaudiuꝫ vnius nō impedit gaudiuꝫ alterius.

Sic homines sic et amor dei ꝛ gaudiū: multiplicat̄.

multiplicantur etiam bona ꝛ gaudium.

¶ De gaudio qđ nascit̃ ex dei amore post vitā corporalem.ꝛ ostendet̃ ex pfectione gaudij ꝛ amoris. ꝙ aīa clare deū creatorē suū facie ad faciē.et sine medio videbit, Titulus.cliiij.

Quoniā aūt ipm gaudiū est fruct⁹amoris dei.ꝛ ideo necesse est ꝙ istud gaudiū sic̃ impleat̃ ꝛ veniat in tātā plenitudinē.in tantā abundātiā.ꝙ nō possit esse maior neqꝫ crescere vltra.ita ꝙ aīa nō possit capere amplius de gaudio: vt sic gaudium plenū fiat.Et qꝛ aīa amauit deū ꝑmo per volūtatē.ideo ex tali amore seqͥt̃ gaudiū.Et qꝛ volūtas totalr̃ ꝑ amorē vnit̃ deo.seqͥtͭ ꝙ ipa vniet̃ ei ꝑ fruitionē ꝛ per gaudiū qđ est fruct⁹amoris. Et cū ex clara cognitōe dei seqͥt̃ maior amor.Qꝛ vbi maior cognitio est. ibi maior amor aut mai⁹odiū ē.Et q̄to magis aliqd bonū cognoscit̃ tāto magis amat̃.Sꝫ qꝛ de⁹ ē solū bonū nr̃m.quāto ꝯ euꝫ magis cognoscim⁹.tāto magis eū amabim⁹.ꝛ. quāto magis eū amauim⁹.tāto magis gaudiū habebimus.Et qꝛ ēt de⁹ nō pōt cognosci ꝛ nō amari. eo qꝛ ē summe bon⁹.sūme benign⁹. sūme sapiēs. sūme nobilis.sūme pulcher.ꝛ in eo est plenitudo oīm gaudiorū. ꝛ diuitiarū.Neqꝫ patit̃ in aliquo bono defectū.Si ergo de⁹ vult a nobis maxie amari.seqͥt̃ etiaꝫ ꝙ vult a nobis maxime cognosci.ꝛ vt gaudiū nr̃m in eo plenuꝫ sit.necesse est vt aīa videat ipm deū facie ad facieꝫ.et hec cognitio est clara.certa ac pfectissima ꝛ ad vota et tātū quātū voluerūt sine medio ꝛ sic magis diligat̃.et vt sic aīe mai⁹ gaudiū oriat̃:qꝛ istud alr̃ eē nō potuit. Qꝛ nisi de⁹ quē ꝑmo aīa amauit in fide.ostēdat se ꝛ manifestet clare:ꝛ clarissime nō faceret đbitū ꝛ ius amoris.Qꝛ amor ver⁹ ꝛ pur⁹ oīa agit.oīa secreta reuelat. Hoc aūt reqͥrit natura amoris. Et qꝛ aīa pͥo amauit q̄si eū nō vidit meret̃ eū viddraw facie ad faciē dū eo fruetur vt mai⁹ gaudiū ex eo ꝯseqͣt̃. Et q̄to clari⁹ eū videbit.tāto magꝭ eū amabit.ēt ꝛ q̄nto magꝭ amabit tanto magis gaudebit.qꝛ res quā aliqͥs hꝫ q̄si ē bona,magis gaudebit q̄nto eā magis cog̃scit.Et ꝑ oppositū ē de re mala.Quāto aliqͥs rē malā quā hꝫ cog̃scit.tāto eā magis odio hꝫ.ꝯ ille q̄ pͥo deū amauit cū sit bon⁹ ꝛ optimus.cuꝫ ipm magis cognoscit. tāto ipm magis amabit ꝛ ꝑ ꝯñs magis gaudebit.ꝛ sic cognitio erit cā maioris amoris.ꝛ amor erit cā maioris gaudij. ꝛ tātū gaudebit anima quantum amabit.quantum cognoscet ꝛ videbit.et vt perfectissime gaudeat.opꝫ vt ꝑfectissime

Plus amās deū plus vnietur ei per fruitioēꝫ

Maxime amās deum maxime cognoscet, gaudebit et fruet̃ eo.

Cognitio erit causa maioris amoris.

amet. et opz vt perfectissime cognoscat. et videat si perfectissime amare et gaudere debeat. Et idõ plenitudo gaudij arguit et ostẽdit. quod oia clare videbit. et cognoscet deũ creatorẽ suũ. summe bonũ summe benignuz. sũme suauẽ et delectabilẽ. Qr qñ clarissime videbit eũ esse talẽ fortius amabit eũ. et fortius tũc gaudebit. Et qr pfectio gaudij oritur ex pfectiõe et nobilitate amoris. Idõ vt gaudiũ sit pfectissimũ. oportebit quod amor sit pfectissimus. et quod amor ascẽdit ad gradũ vltime pfectiõis et dignitatis. Nõ aũt erit talis nisi qualis cõuenit deo. Et idõ qr deus de se et pter se est summe amabilis. eo qr est summe bonus et totus bonus. imo ipsa bonitas et purissima bonitas est sũme benignus et summa benignitas et tota benignitas. et totus liberalis sũme dulcis. sũme suauis. pfectissime amãs. sũme verus et summe potẽs. sũme sapiẽs. et sũme pfectus. Et pter hoc sequitur. amor nõ erit pfectus. neqz ascẽdet ad vltimum gradũ pfectiõis. dignitatis et puritatis. nisi aia amet ipsuz deũ creatorẽ suũ propter suã solam bonitatẽ. benignitatẽ et liberalitatẽ et pulchritudinẽ suã. Et nõ pter dona. neqz propter obligationẽ. qr deus amabilis. purissimus nobilissimus et pfectissimus est. Et ex tali amore sequitur pfectissimũ et purissimũ gaudium. Et qr ad perfectionẽ gaudij reqritur sũma securitas. ita quod oia sint certissima et securissima. ita quod nũqz pdet tale gaudiũ. Et ideo vt anima perfecte gaudeat. erit summe certa et secura. quia nũqz poterit amittere tale gaudium. et quod deus nunqz velit auferre ab eo tale gaudiũ. et etiaz quod nullus est ita potẽs quod possit auferre ab eo quod aia clarissime cognoscet deuz. et perfectissime amabit euz. et cognoscet. qr potẽrit ipsuz nõ amare eo quia cognoscit qr deus est. quia est summa bonitas. ineternum diliget eam. et sic anima erit securissima. quia ipsa ineternũ diliget deũ. Et quod ineternum creator deus eam amabit et quod ineternum videbit eum. et quod nulla alia res poterit destruere eam neqz illum amorẽ. Et per consequens erit securissima de suo eterno gaudio. quod ineternum nõ amittet. sed tenebit ineternum.

Amor perfectissimus habebit gaudium perfectissimum.

Perfectissime gaudens erit sũme securus.

¶ Qr ex natura gaudij et amoris ostenditur quod anima recuperabit corpus suum in statu magis amabili. et per omnia sibi conformiter. in quo poterit anima magis gaudere. ¶ Titulus.clv.

Et quoniã anima que primo amat deum et etiam seipsam inquantũ est dei et inquãtũ est dei imago viua. Et ideo postqz anima amat seipsaz vult bonũ sibimet. et amat bo-

num sibi.⁊ gaudet de bono suo.quoniaȝ ergo anima amat suum corpus naturali amore.⁊ habet naturaleȝ inclinationem ad illud.Et quia deus copulauit aīam cum corpore.et corpus cum anima.⁊ alligauit corpus anime.⁊ fecit quoddam naturlae matrimonium inter ea.⁊ anima cognoscit corpus esse factum propter ipsam.Et ideo anima amat suū corpus ⁊ omnia sua mēbra.Et exinde sequitur ꝙ anima vult recuperare corpus suū.⁊ vult bonū sui corporis.Et etiam quia aīa ē principalis pars hoīs et non totus homo nec corpus est hō.sed insimul aīa et corpus sunt hō. Et ideo hoc est ad perfectionē aīe ꝙ ipsa recuperet suū corpus.q̄r melius ⁊ perfectius est totū ꝙ̄ ⁊ etiā hominē totū esse ꝙ̄ animā eē tātū.Et ideo quia aīa amat suā perfectionem.amat suū corpus.et remanet cum eo: ⁊ per cōsequens vult et appetit ꝙ suū corpus ei restauretur.nec potest velle contrariū.Quia hoc habet ex naturali inclinatione.Et ideo vt gaudiū aīe impleatur.necesse ē ꝙ ei restituaƭ corpus suū.⁊ hoc in illa forma in illo statu q̄ erit magis amabile ipsi aīe ac magis cōforme.et magis ꝓportionatū.cōueniēs ⁊ delectabile ſm statuȝ ipsius aīe.⁊ in quo poterit ipsa aīa magis gaudere. et ꝑ cōsequens erit necesse vt sit plenū gaudiuȝ ꝙ restituatur ei suū corpꝰ in maxima pulchritudine⁊ in summo decore ⁊ ipassibile et imortale.spūale.subtile. agile clarū.sicut sol fulgēs ⁊ resplēdēs.q̄r in isto statu erit magis amabile ipsi aīe.magis conforme⁊ magis proportionatū ſm statuȝ ipsius aīe.et hoc poterit facere deus.Si eñ potuit facere aīam de nihilo cū non eēt. ⁊ potuit facere de terra corpus tale.⁊ potuit facere terra ascendere ad tantā dignitatē.vt ex ipsa fieret corpus ita mirabile vt cōiungereƭ aīe rōnali ⁊ itellectuali portanti suam imaginē viuā.quare non posset facere ascendere ipsum corpus ad altiorē graduȝ ꝙ̄ ante? Et sicut anima mutata ē ad altiorē gradum ⁊ digniorē statū.Ita etiam expedit,vt corpus eiꝰ muteƭ in statū etiā altiorem et nobiliorem gradum et digniorem formā ꝓportionabiliter.Et sicut anima ascēdit.ita ascendit corpus suo modo.Item sicut anima mutata est in deum ⁊ in naturam dei per voluntatem et amoreȝ. Ita etiam mutetur corpus in animam quātū fieri poterit et in naturam anime ſm possibilitatem.⁊ quantū nature corporis non repugnat.vt sicut anima facta ē diuina.ita corpus factum spirituale.⁊ hoc concludit et ostendit perfectio gaudij ⁊ natura amoris. Sic ergo anima vult tale corpus sibi restitui.quod sit impassi-

Q̄ aīa amat corpus suū.

Q̄ corpꝰ tādeȝ restituetur aīe.

Corpꝰ restituetur immortale.

Corpꝰ q̄ntū possibile est sequiƭ aīaȝ

bile.subtile.agile.clarū.sicut sol ⁊ cū ol decore ⁊ pulcri tudine ⁊ immortale. et hoc poterit deus facere. Ergo vt omnibus modis anima gaudeat. ita fiet rursum q̄ anima amat omnes creaturas inquātum dei sunt. Et iō vt anima magis et pluribus modis gaudeat. totus mundus ⁊ creature debent disponi. renouari ⁊ in statu poni. in quo magis amabiles et placibiles sint. vt sic ex eis sequatur maius et maius gaudium. Ut sicut anima est mutata. innouata ⁊ renouata in statū altio rē ⁊ digniorem. ⁊ corpus quod est propter animā. fue rit etiam mutatū ⁊ innouatū in altiorem ⁊ digniorem statū ita totus mundus qui factus est propter homi nem debet renouari et immutari in altiorē et dignio rem statum. ad gaudium ipsius hominis. vt sicut ani ma est vestita noua veste amoris perfectissimi in seip sa. ⁊ etiam corpus suum est vestitū nouo habitu etiam pulcherrima veste impassibilitatis. claritatis. agilita tatis ⁊ immortalitatis. ita etiam totus mundus ⁊ om nes creature mundi que facte sunt propter hoiem. in duantur etiam noua veste. vt totum sit ꝓportionatū. vt ipso homine qui est rex ⁊ dn̄s mūdi innouato ⁊ exal tato. serui sui ⁊ oīa que sunt ꝓpter ipm̄ facta etiam in nouent ⁊ exaltent. Et sicut oīa processerūt ex amorē ⁊ sunt propter amorē. ⁊ ex amore nascit gaudio. tanq̄ fru ctus eius. ita oīa sint in gaudio et taliter disponātur vt ex ipsius sequat maiꝰ gaudiū qḋ est fructus omniū Sic ergo natura gaudij concludit ⁊ probat debere fieri innouationē totius mundi ⁊ oim creaturarum.

Cētera ture rēo uabūtur

¶ De magnitudine gaudij post hāc vitā ⁊ de sua mul tiplicatione. ¶ Titulus.clvj.

Quoniā aūt gaudium est fructus vltimus qui expectatur. nihil aliud expectatur ni si gaudiū. Et quia videmus p̄ experien tiā. q̄ fructus in fine et vltimate veniunt in summa abundātia et multitudine. si cut apparet in arboribus. vn̄ videmus q̄ de vno semi ne. s. de vna parua nuce vel de vno amigdalo si plante tur. aut seminetur exibit vna magna arbor. ⁊ ex illa ar bore exibūt infinite nuces vel amigdala. et tn̄ oia ve niūt de vno paruo semine Et iō q2 gaudiū est finalis fructꝰ q̄ vēit de amore. necesse ē q̄ ipsum gaudiū finali ter ⁊ vltimate veniat in maxima abūdātia et multitu dine. Si eñ fructꝰ corpales tm̄ multiplicant. quāto magis dēt multiplicari fructꝰ spūales. Uidemꝰ ḡ ma gnitudinē ⁊ multitudinē ipsiꝰ gaudij. qḋ expectat. et q2 gaudiū nascit de amore dei. iō necesse ē q̄ gaudium

re extēdat ad tm̄.ad quātū extēdit amor.et magnifice tur ad tātū ad quātū amor. Un̄ qr quilibet post deum amabit seipm̄.⁊ per ꝯns de bono suo gaudebit.qr quā to aliquis amat aliquē.tm̄ gaudet de bono suo. Et iō q̄libet gaudebit de bono suo tantū quātū amabit seip sum. Et quoniā gaudebit vbi habebit gaudiū sempi ternū.⁊ vbi erit leticia sempiterna. iocūditas ⁊ dele ctatio.⁊ omnis perfectio sempiterna:ibi habebit ple num gaudium.et quicq̄d vult habebit.⁊ q̄cquid non vult non habebit.vbi erit immortalitas perpetua.im passibilitas eterna.agilitas.subtilitas et claritas cor poris vt solis.perfecta cognitio et clarissima visio de summa amicicia.de deo creatore suo. Quantum igitur si poterit videre se exaltatum.tantū poterit gaudere. qr videbit se abūdāte oībus delicijs. Et qr quātū q̄s amat aliū.de tāto gaudebit de bono suo. Et iō si ali q̄s hr̄et sile bonū ⁊ sile gaudiū quē tātū amaret sicut seip̄z.tātū gauderet de bono illi⁹ sicut de bono suo.et nō min⁹ gauderet de illo q̄ de seipso. et sic duplicaret gaudiū. ⁊ si tertiū triplicaret.⁊ si q̄rtū ⁊ sic de alijs.sp multiplicaret gaudiū.in millesies milia.itātū augmēta ret gaudiū in millesies milia. Et sic tantū quātū mul tiplicarent bo.es quos amaret sicut seip̄z q̄ hr̄ent sile ⁊ tale bonū sicut ipse.tm̄ multiplicarent ei⁹ gaudia.⁊ hoc totū faceret ip̄e amor.qr ad multiplicationē amo ris mltiplicaret gaudiū. Et qr demōstratū ē q̄ q̄ p̄mo amat deū amabit oēm aliū hoiez sicut seipm̄. et ois q̄ amabit deum p̄mo habebit oia supradicta bona. Er go si innūerabiles sunt hoīes habētes similia ⁊ eadē bona innumerabilia erūt gaudia cuiuslibz.qr nullus min⁹ aliū q̄ seipm̄ diliget.⁊ iō nō alr̄ gaudebit q̄sq̄ p̄ singulis q̄ p̄ seipo. Si ḡ hō de tāto bono suo vix pote rit cape suū gaudiū.quō capax erit tot gaudiorū ⁊ tā tarū deliciarū. Et insup qr dictū est.q̄ntū quis diligit aliū.tantū gaudebit de suo bono. Et ideo qr post hāc vitā vnusq̄sq̄ plus amabit deū sine cōparatione q̄ se ip̄z.⁊ q̄ oēs alios secū.⁊ ita pl⁹ gaudebit de dei bono q̄ de suo oīm suorū. Qr q̄nto amor crescit de tāto gau diū crescit. Ecce ḡ magnitudinē ⁊ mltiplicationē gau dij.⁊ abūdātiā quā q̄libz q̄ p̄rio amat deuz colliget de amore dei. Et si plauerit eū l seipo p̄rio.ecce q̄s fruct⁹ ⁊ in quāta mltiplicatiōe colliget.⁊ oia ista erūt eter na.q̄ nūq̄ deficiēt.qr amor dei ex q̄ oia oriūt erit eter nus ⁊ indeficiēs.⁊ hic ē radix. Et ita radix ⁊ fruct⁹ in eternū durabūt.⁊ inet ernum viuet hō de tot ⁊ de tan

Quilibē gaudebit de seipso.

Quilibet gaudebit de alio.

Titulus. cxxxiiij. Gaudiū vni⁹ erit gaudiuz alterius.

Eodē ti tulo. Pl⁹ ama bim⁹ deū q̄ nosip sos aut alios

tis fructibus eternis ꝛ indefficiētibꝰ. Ecce quos ꝛ qua
les fructus colliget hō ꝛ aīa de ipo amore dei tāq̄ de
vno semine. tanq̄ de vna radice in volūtate plantata
tanq̄ in agro spūali. Declaratꝰ est ergo finalis ꝛ vlti
mus fructꝰ qui nascet ex amore dei q̄n erit pl̄mꝰ. Vide
te ergo ꝛ notate ordinē totiꝰ pcessus. Primo enī inuē
Titu. cix. tā fuit obligatio amoris. Secūdo natura amoris. Ter
cio fructus amoris qui est gaudiū. Sic ergo obligant
nos ad amorē ꝛ oīa facta sūt ꝛ nobis data ppter amo
rē: ꝛ amor ppter gaudiū. ꝛ gaudiū ppter nihil aliud
Tit. clvij in tribus autē totū claudit in obligamine. in amore. et
in gaudio. Totꝰ ergo ordo creaturarꝫ. tota scala natu
re ostēdunt nobis obligationē ad deum ꝛ debitū amo
ris. ꝛ etiā gaudiū. Ex creaturis manifestat obligatio.
Ex obligatione debitū amoris. Et ex amore gaudiuꝫ.
Et sic per scalā nature cōtinue ascēdimus de bono in
melius. ꝛ de infimis ad sūma cū dei auxilio.

¶ De fructu qui nascit de amore proprio ꝛ priuato
seu pprie volūtatis. ꝛ ostēdit q̄ de tali amore non pōt
nasci verū gaudiū. sed sophisticū ꝛ deceptiuū ac tm̄
apparens. qd intus portat tristiciā latētem que nasci
tur post gaudium. Titu. clviij.

Quoniā aūt iā dictū est q̄ q̄n hō habet rē
quā vult ꝛ amat. ꝛ etiā sperat certitudi
naliter habere. tūc exinde sequit gaudiū
Tit. clix. Et iō de amore pprie volūtatis pōt gn̄a
ri gaudiū. Quia qui amat suā ppriā vo
lūtatē vult sibipsi ppriā laudē. ppriū
honorē ppriā gloriā ꝛ ppriā excellētiā. ꝛ hoc ex parte
aīe. vult etiā ꝛ amat sibimet voluptates ꝛ delectatio
Amor pro nes corpis. ꝛ per ꝯñs vult ꝛ amat oīa illa que valēt ad
priꝰ sꝫ etiā hoc ꝛ ad habendū illa. sicut sunt bōa exteriora. digni
habꝫ gau tates ꝛ officia ꝛ sciētie. Et ideo q2 hō dū viuit in hoc
dium. mūdo pōt habere oīa pdicta. s. honorē. laudē excellē
tiā ꝛ gloriā delectationes corporis ꝛ illa q̄ valent ad
hoc. iō pōt gaudere ꝛ habere gaudiū. Et q2 ista pñt
perdi ꝛ destrui. ꝛ nō durant sed transeūt. et hō timet
perdere ea. Et etiā q2 q̄ amat aliquā rē. habet odio il
lud qd destruit illā rem. vel pōt diminuere illā. Et iō
Gaudiuꝫ qui amat oīa supradicta. necessario hꝫ odio oīa illa q̄
pprij amo pñt destruere ꝛ diminuere ppriū honorē ppriā lau
ris vertit dem ppriā excellentiā ꝛ voluptatē ppriā. ꝛ oīa que va
i tristiciā lent ad hoc. Et exinde sequitur: q̄ ex tali gaudio nasci
tur tristicia. ꝛ tale gaudiū cōuertit in tristiciā: q2 ex ta
li timore ꝛ odio seq̄tur tristicia: ꝛ ex perditione ꝛ de
structione taliū sequit tristicia. Et ideo tale gaudiuꝫ
est falsum

est falsū v anū. deceptiuū et sophisticū quia itus abscōdit maiorē tristiciā quam sit gaudium. Et sic de amore pprio nō pōt nasci nisi gaudiū falsum et vanū. ac deceptiuum qd tristiciam importat.

De cōditionibus et ppietatibus ad indumētis quibus indutū est gaudiū qd nascitur de amore sue ppie voluntatis. Titulus.cviij.

Et quia qlis ē radix tale est illd qd sequitur ex radice. ideo necessario tale erit gaudiū qlis erit amor ex quo oritur. Et ideo ex ppietatibus cōditiōibusque amoris pprij. cōcludemus ppietates et cōditiones istius gaudij. Et quia iā cōclusum est quod amor pprius et sue pprie voluntatis est inordinatus. iniustus. indebitus. tortuosus falsus. viciosus et corruptus. imūdus. cōtra naturam hominis inquātū hō est. et cōtra totū ordinē vniuersi. cōtra oēs creaturas pessimus nequissimus. turpissimus. malignissimus. imo est primū malū. et radix omnium malorum. primū viciū primū venenū. prima mors. prima tenebra. prima cecitas. prima falcitas. primū mēdaciū. et radix omnium mēdaciorum prima iniusticia. prima turpitudo. Et ideo gaudiū qd nascitur ex tali amore. necessario habet ppieates talis amoris. Ideo tale gaudiū necessario est inordinatū. iiustū. indebitū. falsum. viciosum. corruptū immūdū. cōtra naturā hominis. contra totū ordinē vniuersum cōtra oēs creaturas. pessimū. malignissimum. nequissimū. turpissimū. viciosum. venenosum. mortale. tenebrosum. mēdosum. quia talis est radix vn oritur. Tale est gaudiū qd quis habet de suo amore pprio. et de amore sue laudis. sue pprie excellētie. pprij honoris pprie glie et de voluptate carnis. et de oibus que ipse amat pper ista. Et quia vbi est gaudiū ibi est leticia. et delectatio et exultatio. ideo etiā erit tibi talis delectatio. talis exultatio talis leticia. talis cōplacentia. Et quia tale gaudiū est corruptū. iniustū pessimū etc. Ideo etiā talis leticia. talis delectatio. talis cōplacētia. talis exultatio. sunt pessime. corrupte inordinate et iniuste. Et quia iam declaratū est quod amor pprius seu pprie volūtatis totaliter et de directo cōtra deū. sine deo aduersus deū. extra deū. pter deū. etiā inimicatur deo. et constituit hoies inimicū dei capitalem. eo. quia qui prio amat se et suam ppriam volūtatē facit seipsum deū. et aufert inquātū in eo ē suā ppriā coronā a deo. s. priuilegiū sue pprie. volūtatis. Ideo sequitur quod istud gaudiū qd hō habet de tali amore est contra deū. et aduersus deū extra deū. sine deo. Et totaliter et de directo inimicatur deo. Et per cōsequens tunc homo gaudet. letatur delectatur. complacet et exultatur con-

Ti.cxxxix
Titt.cxli.
Gaudiū hoīs de se ipso est inordinatū
Ti. cxxxviij.
Titu.lc.
Gaudiū pprij amoris est contra deū

tra ⁊ aduersus deū.⁊ contra suam voluntatez.Et creatura contra creatorem.⁊ opus contra suum artificem Et quia etiā vbi est amor sue ꝓprie voluntatis.ibi est contēptus dei q̄ est tantus sicut ipse est.Qr solus deus dignus est amari prio.ergo tale gaudiū qđ orit̄ de tali amore oritur de cōtēptu dei.⁊ in cōtēptū.⁊ offensaz.et iniuriā eius.Et iō illud gaudiū est sūme deo inimicū.⁊ auget ⁊ multiplicat.cōplet ⁊ cōsūmat ꝯtrarietatē ⁊ inimiciciā cōtra deuz.Quia amor ꝓprius in quo est dei contēptus.est radix ⁊ initiū inimicicie dei iniurie et offensie eius.Et gaudiū qđ nascit̄ exinde cōplet ipsam inimicitiā.⁊ augmētat ⁊ multiplicat.Quia dū hō magis gaudet cōtra deū.⁊ legat.tūc efficit̄ ⁊ causat̄ maior inimicus eius.Et qr gaudiū est inimicū cōtra deuz. ⁊ ideo cōfirmat inimiciciā cōtra deū.Et iō illud gaudiū portat ⁊ abscōdit intra se latēter sūmū venenum pessimū venenū.⁊ maximū virus pessimā mortē quia portat secū ⁊ abscōdit iniuriā dei.offēsaz dei.⁊ inimiciciā sui creatoris.q̄ nihil est peius ⁊ venenosius. nihil mortalius.nihil magis nociuū.nihil dānabilius. nihil magis letissimū vel lesiuū.nihil dānabilius.nihil tristius. ⁊ nihil indelectabilius.Malū em̄ est amare cōtra deuz. sed multo peius est letari ⁊ gaudere.cōplacere ⁊ exultare cōtra deū.⁊ iniuriaz ⁊ offensam dei.

Est inimicū deo

¶ Sic ergo patēt cōditiōes ⁊ ꝓprietates quibus idutuz ē gaudiu qđ nascit de amore inuptiꝰ ⁊ sue ꝓprie voluntatis de ꝓprio honore ꝓpria laude.ꝓpria glia. ⁊ de lectatiōe carnis.⁊ de oibus q̄ sequunt̄ ad ꝓpriū amorē qm̄ tale gaudiū est inordinatū.iniustū.indebitū falsū vitiosuz.mēdosuz corruptū.imūdū.malignū pessimū nequissimū.veneno pleuū.mortale.ꝯ naturā hois.cōtra totū ordinē vniuersi.ꝯtra oēs creaturas. sine deo pter deū extra deū.⁊ ꝯtra deū.momētaneū nō ꝑmanēs.fiuēs in momēto.trāsiēs.portās secū.⁊ abscōdēs tristiciā ⁊ dei iniuriā ⁊ offensaz.Ecce ergo fructus q̄ nascit̄ de amore ꝓprio:dū hō viuit in hoc mundo.

¶ De duobus gaudijs ⁊ cōparatione eoruz adinuicem cuz duobus amoribus. Titulus.clix.

Sicut tūc sūt duo amores cōtrarij ⁊ capitales inimicitia sunt duo gaudia adinuicē cōtraria ⁊ totaliter inimica.⁊ iō sicut duo amores ꝑmi. ⁊ amor dei ⁊ amor suipius nō pnt simul eē i voluntate.Ita nec ista duo gaudia q̄ oriunt ab eis nō pnt simul stare i volūtate.sz necessario adinuicē se destruūt ⁊ expellūt.vnūqz fugat aliđ.Primū gaudiū qđ orit̄ de amore dei nascit̄ in vitate.⁊ ē veruz.Scđm gaudiuz qđ nascit̄ de amore

Duplex gaudium ⁊ eoruz differētia.

suꝑꝑsius.nascit̃ de falcitate.ꝛ ē falsū. Primū gaudiū qd̄ nascit̃ d̄ amore dei orit̃ de iusticia scd̄ꝫ ꝙ d̄ amore suꝑꝑsi⁹ nascit̃ orit̃ de falcitate ꝛ iiusticia. Primū igit̃ nascit̃ de radice oīū ꝟtutū.scd̄ꝫ orit̃ d̄ radice oīū viciorꝫ. Primū orit̃ de radice oīm bonorꝫ.ſm d̄ radice oīū malorꝫ. Primū orit̃ de eternitate.scd̄ꝫ d̄ vanitate. Primū d̄ icorruptibilitate.scd̄ꝫ orit̃ d̄ corruptibilitate. Primū gaudiū orit̃ d̄ deo.scd̄ꝫ gaudiū orit̃ sine deo.extra deū et ꝯ deū. Primū gaudiū ꝯiūgit.ꝯsolidat.reficit ꝛ satiat ꝛ vnit hoīeꝫ cū deo. scd̄ꝫ gaudiū diuidit.elōgat. separat.ꝛ ponit hoīeꝫ extra deū. Primū gaudiū multiplicat ꝛ auget amiciciā cū deo.scd̄ ꝟo Aug.ꝛ multiplicat inimiciciā cū deo. Primū gaudiū ꝯplet.satiat.solidat.dulcificat;volūtatē scd̄ꝫ gaudiū amarificat.debilitat.euacuat volūtatē.ꝛ facit eā fluctuātē.inq̄etā instabilē esurientē ꝛ ſtiētē. Primū gaudiū ē scd̄ꝫ naturā hominis iꝯtū hō ē.scd̄ꝫ gaudiū est ꝯ naturā hoīs inꝙtū hō est. Primū est ſm ordinē vniuersi ꝛ oīū creaturarꝫ scd̄ꝫ gaudiū ē ꝯ ordinē totū vniuersi ꝛ oīm creaturarꝫ Primū ē duras.ꝑmanēs ꝛ ꝑpetuū.scd̄ꝫ ē fluēstrāsiēs ꝛ momētaneū. Primū gaudiū qd̄ nascit̃ d̄ amore dei pōt hr̄i de amore dei sine labore.sine expēsis.sine adiutorio aliorꝫ.ſꝫ scd̄ꝫ gaudiū qd̄ nascit̃ d̄ amore suꝑꝑsi⁹ nō ꝑt hr̄i nisi cuꝫ labore.cū expēsis.cuꝫ multitudīe rerū tꝑaliū.cū dāno aliorꝫ ꝛ destructiōe. Primū gaudium nuꝙ ꝯůtitur in tristiciam.sed scd̄m gaudium m̄ semper ꝯůit̃ i tristiciā ꝛ dolorē. Primūgaudiū facit hoīeꝫ benignū.suauē.mitē ꝛ māsuetū.ſꝫ ſm gaudiū facit hominē malignū crudelē pessimū. Primū gaudiū multiplicat.auget ꝯseruat.fortificat nutrit.pacē vnitatē cōcordiā.amiciciā ꝛ oē bonū iter hoīes. ſꝫscd̄m gaudiū multiplicat oē ꝯriū.ꝛ seminat inter hoīes oē malum. ¶Itē de ꝑrio gaudio nullū pōt seq̄ malū .nullū ꝑt seq̄ scādalū.ſꝫ ex scd̄o gaudio no ꝑt seq̄ nisi malū ꝛ scādalū. Primū gaudiū excitat ad oꝑandū oē bōꝝ scd̄ꝫ gaudiū excitat ad operādū oē malū. Primū gaudiū ē vitale.salutiferꝫ.laudabile amabile.desiderabile.gl'iosū honestū.d̄lectabile.ꝛ scd̄ꝫ naturā ꝛ rōnē.ſꝫ ſm gaudiū ē mortale ꝛ mortiferꝫ.vitupabile.odibile.viciosū .ignominiosuꝫ.ꝯ naturā.ꝛ ꝯ rōnē. Primū gaudiū ē cā origo ꝛ motiuū ꝛ oīū bonorꝫ operū.ſꝫ scd̄ꝫ ē cā. origo ꝛ motiuū oīm malorꝫ operū. Primū gaudiū ꝑficit ſꝑ hn̄ti.scd̄m gaudiū ē ſꝑ dānosū ꝛ nocet hn̄ti. Primū gaudiū est q̄ deo nihil amabili⁹ neq̄ placibili⁹.ſꝫ ſꝫ gaudiū ē q̄ d̄o nihil odibili⁹ ꝛ displicibili⁹. Primū gaudiū auget amorē ꝛ d̄siderium oīū bōꝝ ſꝫ ſꝫ gaudiū auget amorē oīū malorꝫ

desideriū oīm viciorꝝ. Primū gaudiū est cōuenientissimū nature hoīs inquātū hō est. ſʒ ſcōm gaudiū est diſcōuenientiſſimū ⁊ ɔ̄ naturā hoīs inquātū hō ē. Et iō nihil peiꝰ ī hoīe. nihil mortaliꝰ. nihil magis dānoſuʒ. Primū gaudiū illuminat ⁊ clarificat intellectū. ſʒ ſcōʒ excecat ⁊ obtenebrat itellectū. imo cōplet cecitatē aīe. Primū gaudiū est ſume p̄miabile. ſʒ ſcōm gaudiū est ſūme punibile ⁊ cā oīs punitiōis. ⁊ ꝓpt ip̄m debet ſūma pena. Ecce ḡ quātū malū natū est ⁊ gñatum ē i corde ⁊ volūtate. qñ in ea est natum ⁊ ortum tale gaudiū venenoſum. quanta malignitas et quanta malicia.

¶ Regula cōparandi iſta duo gaudia vt comprehendātur oīa predicta. Titulus.clx.

Taūt oīa predicta faciliꝰ cōprehēdant. debēt iſta duo gaudia cōpari. Prīo penes cōuenientiā. ſcdo penes dr̄iam. Penes ɔuenientiā. qꝛ iſta duo gaudia ɔueniūt in noīe. qꝛ vtrūq̧ vocat gaudiū. Itē cōueniūt. qꝛ vtrūq̧ hʒ eē in volūtate. Itē ɔueniūt. qꝛ oīa q̄ fiunt. fiūt ꝓpt gaudiū. ſiue vnū ſiue aliud. Sʒ dr̄ia iſtorꝝ gaudiorꝝ capitur cōpando iſta ad radices vñ oriunt. ſ. ad duos amores p̄mos. vel ad deū vel ad opationes ⁊ effectus quos faciūt in natura hoīs vel ad ipſas creaturas. Et ſic diuerſimode cōpando poterimꝰ videre q̄ attribuunt vni gaudio ⁊ q̄ alteri. ⁊ ꝓprietates ⁊ ɔditiōes vtrorūq̧. Ergo exercita teip̄m nunc in duobꝰ amoribꝰ nunc i duobus gaudijs. mō cōſiderādo vnū ꝑ ſe mō cōpando ſcū alio. ⁊ ſic habebis magnā cognitionē de bono et malo hoīs inquātuʒ hō est. ¶ Cōſiderāduʒ tñ ē. q̧ gaudiuʒ est illud qd ſupͣ oīa penit querit ⁊ deſiderat. ⁊ oīa deſiderātur ꝓpter gaudiū. Et iō ip̄m gaudiuʒ ſtatiʒ attrahit hoīem ad ſe. qꝛ talis nature ē. ⁊ iō oīs deceptio fit rōne gaudij. ⁊ nullus decipit niſi ꝓpter gaudium. ⁊ iō gaudiuʒ inquātuʒ gaudiū ſemꝑ attrahit ⁊ appetit ſemꝑ. Sequit etiā q̧ malū gaudiuʒ attrahit ſemꝑ ⁊ appetitur. nō qꝛ malū. ſʒ qꝛ gaudiuʒ importat delectationē. Dei de excecat hoīem. ⁊ totū ɔuertit ad ſe. ⁊ dñatur totaliter hoī. Nihil aūt fortiꝰ q̄ gaudiuʒ ⁊ delectatio. qꝛ oīa vicit. oīa ad ſe trahit. oīa ad ſe ɔuertit. oībus dñat. Et iō ſupͣ oīa fugiēduʒ ē malignū gaudiū ſophiſticuʒ fraudulētuʒ ⁊ deceptoriū. falſuʒ apparēs ⁊ trāſitoriuʒ.

Gaudiuʒ est.

¶ De finali fructu qui naſcitur poſt hāc vitā de amore ꝓprio. ⁊ de ſuo malo gaudio. Et oſtendit q̧ triſticia vera que finē non habet est finalis fructus ꝓprij amoris. et ſui. et proprij gaudij.

Titulus.clxi.

Uonia͂ aũt ia͂ mõstratum est. quale ⁊ qua͂tum gaudiũ nascet in voluntate post hãc vitã ex amore dei. ex inde cõcludit ꝙ vbi nõ est amor dei. ibi erit priuatio illius ⁊ talis gaudij ⁊ tãti gaudij. erit etiã puatio infinitorum gaudiorum. Sz nõ solũ puatio talis gaudij. sz puatio pfecta ⁊ pura oĩs gaudij. Et p ɔ̃ns non erit ibi nisi pura ⁊ simpliciter tristicia. Uñ volũtas est talis nature ꝙ in ea põt gñari gaudium vel tristicia qz aliqñ hz qđ vult. ⁊ nõ hz qđ nõ vult. ⁊ aliqñ hz qđ nõ vult. et nõ hz qđ vult. Et tristicia causat qñ aliqs nõ hz id qđ vult ⁊ qñ hz id qđ sũme odio hz. ⁊ nõ pt a se repellere. Nõ eñ maior tristicia est q̃ nõ hr̃e id qđ vult hõ semp ⁊ et desiderat ⁊ ɔtinuo desiderat. Neqȝ eñ est maior tristicia q̃ hr̃e semp ⁊ ɔtinue i seipo id qđ hõ nõ vult. et qđ sũme hz odio. ⁊ nõ posse a se repellere. Et maxime si illud sit i ipa volũtate. Et qm̃ aĩa post hãc vitã priuabit oĩbus q̃ amabat. ⁊ nihil habebit qđ amet. qz nõ habebit nec ppriũ honorẽ nec laudẽ. nec gl̃iam. nec delectationẽ corpis. nec aliqđ qđ amabat. iõ priuabit oĩ gaudio qđ habebat dũ viuebat i hoc mundo. ⁊ nullũ aliđ gaudiũ poterit hr̃e. Et qz erit ẽt puata amore dei. qz secũ nõ portabit amorẽ dei. qz erit totalr̃ extra amorez dei. iõ etiã nullũ gaudiũ bonũ poterit hr̃e. Et sic erit puata oĩ gaudio tã bono q̃ malo. Et qz aĩa post hanc vitã erit exuta a corpe ⁊ a carne. iõ tunc ipa aĩa erit cognoscẽs se clare. ⁊ videbit seipam. ⁊ reducet ad seipam. qz erit p̃ns sibi ipsi. Ideo cogitabit circa seipam. ⁊ sentiet seipam ⁊ intelliget ppter qđ facta erat. ⁊ qđ bona habitura erat ⁊ qua͂tum bonũ pdidit. ⁊ quare pdidit. Et cognoscet ꝙ ipamet fuit in cã quare puata est tãto bono. ⁊ ꝙ ipa fuit in culpa. ⁊ iõ sibimet imputabit. Et cognoscet clarissime ꝙ ineternũ pdidit. ⁊ ꝙ nũq̃ rehabebit. ⁊ tñ vellet hr̃e ⁊ desiderabit hr̃e. ⁊ nõ poterit nõ desiderare imo necessario desiderabit. Et quãto magis ipa intelligit illđ bonũ. tãto magis desiderabit illđ bonũ. Ecce ğ sũma tristicia cognoscere bonũ qđ habitura erat ⁊ qđ sibi debebat ẜm naturã. ⁊ necessario velle ⁊ desiderare illud hr̃e. qz q̃libz res necessario desiderat hr̃e bonũ suũ qñ cognoscit. ⁊ vltra nũq̃ posse hr̃e ⁊ scire se ineternũ nõ posse hr̃e. Cõiũge ğ ista simul. ⁊ vide quãta erit hec tristicia. Et qz aĩa nõ erit occupata nisi circa seipam. iõ hoc ɔtinue cogitabit. ⁊ nõ poterit hoc nõ cogitare. Et iõ ista cogitatio dabit sibi ppetuã ⁊ eternã tristiciã. Ulteri⁹ qz aĩa tũc tota reducta ad seipam clare videbit seipam. ideo videbit clarissime. vo

Ti. cliiij. ⁊ ti. cv

Eterna dãnatio ẽ eterna tristicia.

Aĩa exuta occupabitur circa seipaz.

Aia expu[n]ta clare cognoscet se ipam. luntatē suā esse inimicā deo. esse tortuosam. deformē puersam.ꝛ ꝯ naturā suā turpissimā ꝛ inordinatissimā ꝛ totā deuiatā.ꝛ videbit se clare sicut ē.ꝛ q2 totalr est ꝯ deū.Et qcq̄d est ꝯrium deo.necessario ē turpissimū peruersissimū ꝛc.eo q2 de9 est pulcherrim9 ordinatissimus ꝛc.ideo aia que erit cōtraria deo.necessario erit ꝑoppositū.Et q2 aia clarissime cognoscet ꝛ videbit se ipam ꝛ sine medio.ꝛ videbit se esse talē vt est dictū.et q2 totū hoc erit cōtra naturā suā ꝛ nō deberet hre et hoc habebit.ꝛ etiā q2 aia necessario habebit odio suū malū.suā turpitudinē.suā cōfusionē.quō eni nō habebit oia illa odio in seipa.cū haberet ea odio i alijs rebus.iō ex tali odio gñabitur summa tristicia in aia.eo q2 semꝑ habebit odio suū malū.ꝛ vellet expellere a se. tn̄ ineternū nō poterit.Et sic in seipa habebit ineternū illud qd̄ summe hz odio.ꝛ sic ipa aia erit sibiipsi cā tristicie summe.Et talis tristicia erit ꝯtinua ꝛ eterna. q2 aia semper erit p̄ns sibiipi.Et ita ex ipsa orieť sibi tristicia.ꝛ iō habebit odio seipam sūme.vt vellet nō esse eo q2 nō poterit sustinere nec tolerare seipsam ꝑpter suā turpitudinē deformitatē ꝛ horribilitatē. Q2 nulla maior turpitudo.nulla maior deformitas.nulla maior horribilitas.q̄ ipsi9 volūtatis ꝛ aie.nihilq̄ magis odibile nihil magis displicibilē q̄ sit volūtas turpis ꝛ deformis.Et sic i ipa erit fons ꝛ origo ac radix eterne tristicie.Et oia ista habebūt ortū ex amore suiipsi9.ex eo q2 aia amauit ꝑmo suā voluntatē ꝑpriā. ꝛ oia amauit ꝭm suā voluntatē ꝑpriā extra deū.ꝯ deū.extra volūtatē dei.ꝛ ꝯ dei voluntatē.Et sic ex tali amore sequiť summū odiū ꝛ sūma displicētia suiipsi9.ꝛ ex tali odio seqtur sūma tristicia.Et loco amoris ꝑprij gñatū ē odiū. ꝛ ipm odiū est radix ꝛ origo tristicie.ꝛ ipa aia erit tota plena odio.ꝛ nihil erit in ipa nisi odiū. Sicut autē amor dei erit radix eterni gaudij.ita gaudiuz erit radix eterne tristicie.Et ex odio suiipsi9 sequiť odiū dei q2 aia vellet tūc nō eē.ꝛ nō poterit tūc nō esse. ꝛ iō necessario habebit tūc odio deū q̄ dedit sibi eē.ꝛ q̄ manu tenet ipam i esse.Et iō vellet deū nō esse vt ipa nō esset.Et q2 de9 nō pōt nō esse.iō erit sūma tristicia i aia ex hoc.Itē habebit odio oēz creaturā.q2 vellet q̄ nihil esset nec ipa nec alie res.Et q2 hoc nō poterit esse. sic ex hoc sequiť odiū oim̄ q̄ sunt.vt sicut prius amauit se ipaz ꝑmo ꝛ oia alia amauit ꝑpter se ꝛ ꝓ se.ita postea habebit odio p2io se ꝛ oia alia habebit odio ꝑpter se. Et sicut p2i9 nō gaudebat nisi ꝑpť seipam. ꝭm seipam ꝛ de se ipa extra deū totaliter. ita postea ois tristicia

Sūmum odium.

Dānati odient deum.

Odient oēm creaturam.

orietur sibi sm seipam. et pp̄ter seipam et de seipsa. Et sicut prius nihil placuit sibi nisi pp̄ter seipsam et de se ipa. ita oīa sibi displiceāt pp̄ter seipam. et ipamet sibi displiceat. sicut sibiipi pri⁹ cōplacuit. Et sicut pri⁹ fuit amica suiipsius primo. ita postea fit inimica suiipsius primo. Et sicut aīa prius fecerat se tanq̄ deū cōtra deū dādo sibiipsi prio amorē et pp̄ter se. et per ɔ̄ns fecerat in seipsa suū principiū. suū fundamentū. et suū caput ponēdo se loco dei. et faciēdo se rē primo amatā. Et iō sicut deus si fuisset res primo amata esset fons et origo oīm gaudiorū ipsi aīe. ita p̄ oppositū ipamet sibiipi fit principiū. fons et origo oīm tristiciarū. Et q2 aīa tūc nō quiescit nec poterit cessare a cogitatiōe s3 semp̄ erit in cōtinua cogitatiōe. semp̄ erit in actu sicut ignis. et semp̄ cōtinue intellect⁹ operabit̄. et memoria et voluntas et subito. iō tūc aīa cogitabit oēs operationes suas quas fecit. oīa venient ad memoriā et videbit. eo q̄ portabit secū similitudines oīm suoꝝ operū in seipa. Et q2 oīa opera sua fuerūt cōtra deū. extra deū. contra naturā. cōtra rationē ꝯ veritatē. cōtra ordinationē rectā. iō erant inordinata. turpia. deformia. horribilissima de natura sua et odibilissima. falsissima cōtra seipsam cōtra suā propriā naturā. Et ipsa anima necessario habebit odio oīa illa opera. et cognoscet turpitudinem et deformitatē et horribilitatē et confusionē illorū operū et quātomagis cognoscet. tanto magis habebit odio et tn̄ semper erunt sibi presentia in memoria ineternū. et ineternū nō delebūtur de memoria. s3 semper viuent in memoria. Si tamē ipsa anima ea videre nec cogitare vellet neq3 recordari. sed semper vellet obliuisci et non poterit. Et sic erit in aīa continua tristicia et summa. quia cōtinue habebit in se et videbit in se qd̄ summe habet odio. quod nollet videre. cōtinue recordabitur de illis de quibus nollet. Et sic oēs sue cogitatiōes oēs sui actus. ois memoria. ois cogitatio ois visio. omnis recordatio. oīe velle suū. oīe suū nolle. oīe desiderium. et quicq̄d in aīa potest esse. erunt summe aspera. et summe amara ipsi aīe. et summe cōtraria. et erunt in cōtinuum tormentū et eternā tristiciā. et penā ipsi⁹ anime sine fine eo q2 aīa semp̄ viuet. semp̄ erit. semper durabit. et ineternum nullā sentiet neq3 percipiet dulcedinē. neq3 suauitatem. q2 continue erit in tristicia et odio p̄ purā amaritudinē et asperitatē contra naturā suā. q̄ semp̄ appetit dulcedinē et suauitatē. et gaudiū et delectationē. Et sic possum⁹ cōcludere. q̄ aīa dū viuit extra deū et ꝯ deū. et amat ꝯ deum. et faciat sua opera ꝯ

Odiet se ipsum.

Aīa cogitabit oēs operationes suas.

Anīa cognoscet turpitudinē suorū operꝝ.

deum.ipsa semp multiplicat ꝛ cōgregat acqrit et thesaurizat oīa illa vñ sibi orieẜ postea eterna miseria et tristitia.ꝛ ita ipsamet aīa facit sibiipsi suā penā. suaȝ tristitiā ꝛ suū tormentū. Quāta aūt pena est. quātus dolor.quātū tormētū hēe talē tristitiā cōtinuaȝ intra seipam.cū oīa sunt ꝓpinquissima ipsi aīe. Qꝛ ipāmet est sibi p̄sentissima et oīa opa sua.et oēs cogitationes sue.Nō est intellect⁹.nō est memoria. nō est cor hoīs qđ possit hoc cogitare.cū tota tristitia illa sit intellectualis ꝛ spūalis.ꝛ ideo excedit oēm tristitiā corpaleȝ sine cōparatione.Et sic manifestissime declaratū est ꝙ tristitia pura que fineȝ non hȝ.est finalis fructus q̄ nascitur ex amore proprio ꝛ proprie volūtatis.Et hec est mors eterna.

¶ Qꝛ ista tristitia futura nūc occultissima pōt videri in clara experientia. Ti.clxiij.

Ista aūt tristitia.ista pena.istud tormētū iste dolor pōt manifestari invera expientia multis modis.ꝛ expiētūs manifestissimis. ¶ Primo sic. Nā p expientiā videmus ꝙqñ aliqs poterat hēre aliqđ bonuȝ magnū sibi ꝯuenientissimū.p qđ eēt ditatus ꝛ exaltat⁹ p totāvitā suā.vt ꝟbi gřa.impatū.ducatum.cardinalatū seu epatū:vel aliqđ hmōi.siue offm.

Prīa experiētia.

siue bñficiū. ꝛ maxime in terra ꝛ i loco ꝓprio. ꝛ si iste pdat tale ꝛ tā magnū bonū p culpā suā.et ali⁹ habeat ꝛ ipsemet sit in causa ꝛ nō alius. nōne totiēs quotiēs cogitat se pdidisse tātū bonū per suā culpā. vidēdo ꝙ nullus alius habuisset.eēt in magna tristitia. ita ꝙ sola cogitatio daret sibi magnā tristitiā in corde suo secrete.ꝛ quāto magis cognosceret hoc bonuȝ eē maius tāto magis doleret?Et tñ tota tristitia orireẜ ex hoc qꝛ sua culpa pdidit. Sic ergo iste haberet in se cōtinuaȝ causaȝ tristitie.Ad ꝓpositū.Sic erit de aīa.qꝛ cogitabit videlȝ ꝛ cogñscet clarissime se pdidisse p suā cl̄pā pprīā īfinitū bonū īfinitū gaudiū et etnū qđ nunꝗ̄ iternū hēbit.ꝛ tñ aliȷ hñt.nōne ipa ineternū ista cogitādo ꝯtristabiẜ?Et qꝛ hoc incessant cogitabit:icessāẜ tristabiẜ.ꝛtalē cogitationē pdeẜ nō potit.¶ Scđo potit ista manifestari tristitia ex pte turpitudinis ꝛ deformitatis ipi⁹ aīe ꝛ suoꝝ operū.Qm̄ qlibet quātūcūꝗ̄ malus abhorret ꝛ hȝ odio turpitudinē ꝛ deformitatē in oīb⁹ reb⁹ suis.qꝛ in oīb⁹ q̄ hȝ diligit atꝗ̄ affectat pulchritudinē ꝛ amenitatē.Et quāto magis ille res sūt sibi magis ꝓpinq̄ ꝛ intranee ꝛ magis chare tāto magẜ abhorret ꝛ hȝ odio turpitudinē ꝛ deformitatē:ꝛ magẜ amat in eis pulchritudinē qꝛ abhorret turpitudinē ꝛ defor

Aīa cognoscet se pdidisse infinitū bonū.

Scđa expientia.

mitatē in domo sua magꝭ ꝙ i orto: ⁊ magꝭ i vestibꝰ ꝙ in domo. ⁊ i psona ꝓpa ꝙ alienā. ⁊ sic de alijs multꝭ simi bus. Sic ergo aīa amat naturalr pulchritudinē. mūdiciā et amenitatē. ⁊ hꝫ odio turpitudinē. imūdiciā. obscuritatē ⁊ deformitatē. Et quāto maior ē turpitudo ⁊ deformitas maior. tāto magis abhorret. ⁊ quāto magꝭ ē i nobiliori re ⁊ digniori sibi ꝓpinq̄. ita ꝙ hō nō possꝫ pati aliquā turpitudinē in rebꝰ suis. Ad ꝓpositū. Cū aīa q̄ ē ꝯtria deo sit turpissima. deformatissima ⁊ lordiatissima. eo ꝙ deꝰ ē pulcherrimꝰ ⁊ ordiatissimꝰ. si ergo aīa videat in seipa tātā turpitudinē ⁊ deformitatē. necessario ab horrebit ⁊ odio hēbit illā. nec potit amare neqꝫ pati. Et qr ꝯtinue videbit seipaꝫ. ꝯtinue ꝯtristabit. ⁊ tanto magis quāto hēbit magis odio illā turpitudinē ⁊ deformitatē. Si ei deꝰ ē sūme delectabilꝭ ⁊ amabilꝭ ⁊ summū gaudiū de sua natura. necesse ē ꝙ quicquid ē ꝯ deū sit sūme tristabile. sūme odibile. ⁊ det tristitiā de natura sua. Ergo necessario ipa aīa q̄ ē ꝯ deū et ꝯtria deo. erit valde tristabilꝭ ⁊ odibilꝭ. ⁊ dabit tristitiā sibimetipi cū seipaꝫ videbit. Et si oīa q̄ sūt fctā sꝫ rōnē. sꝫ ordinē. sꝫ mēsurā. sm̄ regulā. ⁊ sꝫ deū. sūt pulcherria ⁊ delectabilia ⁊ amabilia ex natura sua. necesse ē ꝙ oīa q̄ fctā sūt ꝯ rōnē. ꝯ ordinē. ꝯ regulā ⁊ ꝯ deū. sint turpissima. deformatissima. tristabilissima. ⁊ odibilissima de natura sua. Ergo cū ipsa aīa portet in seipa tāq̄ i libro viuo oīa opa turpia. deformia. q̄ fecit ꝯ rōnē. ꝯ ordinē. ꝯ regulaꝫ. ꝯ deū. sint turpissima. deformatissima. necesse ē ꝙ odio hēat ea ⁊ abhorreat nec potit ea amare. imo necesse ē ꝙ sibi displiceāt sine mēsura. Nō tn̄ sibi displicebūt qr sūt ꝯ deuꝫ. sꝫ qr de natura sua sūt odibilia ⁊ deformatoria. et qr sūt ꝯ suā ꝓpā naturaꝫ ⁊ ꝓpā rōnē. Et sic cū aīa nō posset currere nec ābulare nisi sꝫ duas vias. s. p viā amoris dei. vel p viā amoris ꝓprij. nā sp mltiplicat ⁊ auget sibi cām sue tristitie vel sui gaudij. si ābulat p viā amoris ꝓprij vo lūtatꝭ. tūc ābulat extra deū vel ꝯ deū. et sic mltiplicat et augꝫ malū suū. Et totū appebit qū sepabit a corpe ⁊ a carne. ¶ Itē tertio pt māifestari tristitia aīe. qr ipa aīa sentit in corpe dolorē ⁊ ifirmitatē ⁊ vlnera ⁊ mala corporis ⁊ lesionē. ⁊ stati sentit quicquid ē ꝯ corpꝰ. ⁊ quicquid nō ꝯuēit corpi. aut quicquid ē in corpe supfluū. vt ptꝫ i capite in oculo. i auribꝰ. i stōacho ⁊ in alijs mēbris. ita ꝙ nō pt sustinere aut pati talia in corpe. Ergo multo magꝭ aīa qn̄ sentit in seipa vulnera sua aut suā ifirmitatē. aut aliḋ malū qḋcūqꝫ aut quicquid fuerit i ea supfluū ⁊ ꝯ naturaꝫ suā. dolebit ⁊ tristabit sine cōpatiōe eo āpliꝰ quo quāto erit sibi ꝓpinquiꝰ. Ergo cū aīa portet secū totū suū malū qū sepabit a corpe. necesse est ꝙ sentiet illud

Dānatus odio habebit turpitudinē peccati.

Nota

Tertia experiētia

Danatꝰ sentiet suū maluꝫ in eternū

est factor eius. Uñ dz hō amare deum. quia est opus eius. et deus est factor suus. Hō debet honorare deum quia est opus eius. Hō debet laudare deū. qz est opus eius. Et quia deus est factor hōis. et hō est opus eius. iō dz ei summe obedire. Et sic de alijs. Unde qz deus est factor hōis. et hō est opus suū. ideo amat ipm hoiem. qz factor amat suū opus. et ipsi dat sua bñficia. Qz deus est factor hōis. iō deus est dominus eius. Et qz deus est factor hōis. iō est principiū hōis. et qz est factor hōis. iō nō decipit nec fallit hoiem. sz sp dicit ei veritatē. qz factor nō decipit opus suū. et qz est factor hōis. est hōi fidelis. et qz est hōis factor. iō nescit deficere hōi. qz factor nō deficit operi suo. Et sic de alijs. Qz igit hō est opus dei. et solus se cognoscit opus dei esse et factuz a deo. et alia opera nō cognoscūt se esse opera dei. nec eē facta a deo. et etiā solus homo cognoscit se esse obligatū deo. et solus cognoscit quid debet opus factori suo. et cognoscit q oia predicta debet opus suo factori. Et qz potest dare oia predicta. iō dz et obligatur dare oia predicta deo. Coniunge omnia ista simul. Homo cognoscit se esse opus dei. et cognoscit quid dz opus factori suo. et hō cognoscit se esse seruū dei et subditū. et cognoscit qcqd debet seruus dño suo facere. et cognoscit se oia accepisse a deo et cognoscit quid debet facere recipiēs danti. et hō cognoscit se posse dare et habere oia que debet dare. Ex istis oībus sequitur q homo debet dare oia predicta deo. nec excusatur si non dat. quia habet et potest dare. Et sic in generali et insimul manifestata sunt debita et dona que deo debentur. et q homo debet dare deo et obligat vltra amorem dare.

¶ Sequitur de istis in speciali. Et primo de timore.

¶ Titulus.clxxviij.

Quoniam autem dictum est et tractatū de amore qd est primū donum et primuz debitum in spāli etiā tractatū est de alijs debitis et donis in spāli. Sed tñ qz amor est primū debitū et donū et ad ipsum sequunt oia alia debita et dona. et nihil potest dici donū nisi ratione amoris. qz est primū donū. iō necessario includitur amor in oi dono et dato. aliter nō esset donū nec datū. qz ipse amor prīo hz nomen doni. et primū sp includit in alijs. et nihil pōt esse verū donū nec datum nisi oriatur ab amore. et fundet in amore. Et si amor nō est nullum donū est. quia donū debet esse voluntariū liberum spontaneum et gratuitum. et nihil est tale nisi amor. Et ideo nihil est acceptuz nisi amor vel propter Titu.cx.

amorē. Et pter hoc timor bonor et obedientia &c. que pstāt absq amore. nō sūt acceptabilia. quia nō sūt voluntaria. nec dulcificata nec mellificata cū dulcedine amoris que est prima dulcedo. Ideo sine amore omnia sunt amara. Ideo nec dans gaudet de dando: nec recipiens complacet in recipiēdo. Et pter hoc qui timet sine amore. habet penā et tristiciam: et q̄ honorat sine amore adulat̄. q2 non est honor sed adulatio. Quia ergo ipse amor est primū donū & debitū. iō scia & cognitio de amore est principiū et ianua ad cognoscendū oīa alia dona & debita. & similis processus ē de oībus sicut de amore. ¶ Incipiamus ergo prīo ab ipso timore. Uñ timor differt ab amore quia amor ē donū liberale & spōtaneū. et ideo datur cū delectatiōe & leticia. sine fatigatiōe. sine pena sine tristicia. sine coactione & liberalissime. sed timor solus de se nō potest dari nisi cū pena & tristicia, fatigatione et coactione. nō sponte. nō libere. q2 non est donū voluntarium. Et ideo nisi cōiungatur cū amore dat tristiciā. penam & desperatiōē. Et iō ipse timor est pmus seruus. nullā libertatē habens. Sz qñ cōiūgitur cū amore. tūc est liber. spōtaneus et voluntari9 et liberatus a seruitute et manumissus. & tūc nō habet penam nec tristiciaz. sed gaudiū. Sic ergo amor liberat timorem a seruitute. et ponit ipsum in libertatē. & hoc facit amor bonus et nō amor malus. Et q2 timor de se est seruus et dat penaz. iō nō debet multiplicari sicut amor. Uñ ex vno timore bono nō sequunt̄ multi timores. sz quāto timor est melior. tanto minus multiplicat̄. Iō ex timore dei nullus alius timor oritur. sz ex amore dei sequūt infiniti amores. Et sic amor extendit̄ quātū res amata. sz timor nō extēditur q̄ntū res que timet̄. q2 nihil est timēdū nisi deus. q2 creatura nullo mō est timenda. Et sic dr̄ia est inter timorē & amorē. quia timor nō est donū voluntariū. & dat penā de se et tristiciā qñ est solus. & nō extēditur. & amor de se est voluntariū donū. & dat gaudiū et extēdit. ¶ Sed etiā multū cōuenit timor cū amore. et est optima mixtura et optima societas. q2 dei timor iuuat amorem. q2 timor vnit et ligat voluntatem magis cū deo. Et iō timor et amor sunt due cathene. duo claui tenētes voluntatē fixam cum deo. & adinuicez se iuuant & fortificant. Uñ quia creatura facta est ex nihilo. & deus est infinite potestatis. nō eēt cōueniēs cōiunctio creature cū deo nisi p amorē & timorē. nec aliter cōuenit creature amare deū. nec deo conuenit aliter amari q2 appet q̄dā eq̄litas & nulla superioritas. nec eēt

Dr̄ia inter timorē & amorem.

Conueniunt timor et amor.

firmissima vnio inter creaturā ꝛ creatorē. Et iō qꝛ ti-
mor maxime cōuenit cū amore. qꝛ ipm̄ cōfortat fortifi-
cat. ꝛ iuuat et solidat. ꝛ habet virtutem vnitiuam. ideo
post amorem tractari debet de timore.

¶ Q sic duo amores sūt. ita sūt duo tīores. Tit. clxxix.

Quoniā aūt duo amores principales iā dicti sunt radices oīū bonorū ꝛ maloꝝ q̄ pertinent ad hoīm iō necesse est vt aīa q̄ pertinēt hominum diuidantur in duas partes. Et ideo necesse ē ponere duos timores sicut duos amores. Unus timor est qui oritur ex amore dei. et alius timor est qui oritur ex amore suipsius. Et sicut se hn̄t duo amores int̄ se. ita ꝛ duo timores. Et iō timor q̄ orit̄ ex amore dei. ꝛ ꝯuenit cū deo. bonꝰ. sctūs ꝛ iustꝰ ē. ꝛ hꝫ oēs cōditiōes ipsiꝰ amoris dei. Sꝫ timor q̄ orit̄ ex amore ꝓprio. ē malus iniustꝰ ꝛ inordinatꝰ. et hꝫ oēs cōditiōes ꝓprij amoris. Et isti duo timores faciūt opationes ꝯrias qꝛ timor dei nō multiplicat. sꝫ sp̄ est vnus solus. quia qui timet deum. nihil timet aliud. qꝛ nihil aliud est timēdū. ꝛ ideo vnit et fortificat hoīeꝫ cū deo. ꝛ nullā penā nec tristiciā dat. qꝛ sp̄ coniunctus est cū bono amore. Sed timor qui oritur ex amore sui ipsiꝰ. multiplicat̄ in infinitū. ꝛ plusq̄ ipse amor vn̄ orit̄. immo ex vno amore oriūt̄ infiniti timores. Et qꝛ timor de se penam dat et tristiciam. nisi sit iunctus cum bono amore. iō q̄libet timor q̄ orit̄ ex amore suiipsiꝰ dat penā ꝛ tristiciā. ꝛ iō ad mltiplicationē timoꝝ. seq̄t̄ mltiplicatio pēarū ꝛ tristiciarū. Un̄ ista multiplicatio timoris clarissime manifestat venenositatē ꝛ maliciā ipsiꝰ amoris ꝓprij. ꝛ quantū noceat hn̄ti. Qui eīm primo amat seip̄m. sūme amat vitam. suā suū esse. ꝛ cōsumationē suiipsiꝰ. Et iō sūme timet ꝑdere seip̄ꝫ prio ꝛ suaꝫ vitā. eo ꝙ pōt ꝑdi ꝛ destrui et corrūpi. qꝛ est res ꝑdibilis ꝛ destructibilis. ꝛ ip̄e nō pōt cōseruari ꝑ seipsuꝫ. et ꝑ ꝯn̄s timet oīa ista q̄ pn̄t ꝑdere et destruere seu diminuere seip̄m ꝛ suuꝫ esse et suam vitam et sibi nocere. Et iō timet mortē. īfirmitatē ꝛ pestes. ꝛ fugit illas q̄ntū pōt. timet terrā. timet aq̄s aerem et ignē. venena. famē. sitim. aīalia. timet hoīes qui possunt auferre vitaꝫ suā. Itē q̄ prio amat seip̄ꝫ. amat primo ꝓpriū honorē. ꝓpriā famā. ꝛ suā laude ꝛ excellētiā. et iō timet ꝑdere honorē suū. suā famā ꝛ suā laudē. ꝛ timet vituperie ꝛ per ꝯn̄s timet oīa illa que pn̄t diminuere et destruere suū honorē. suā famā ꝛ suū nomē. Itē q̄ prio amat seipsum. amat suas ꝓpas delectatiōes carnis. ꝛ iō q̄ timet eas perdere. timet oīa illa quo possūt destruere vel di

Timor malꝰ multiplicat̄ i infinitū.

Amans seipsum omnia timet.

minuere illas delectatiões. Jō timet tormēta. frigus. calorē. amaritudinē. paupertatē bonorum et penuriā. Item etiā quia pecunias diligit. idō timet eas pdere. Jō timet oia illa que pñt auferre vel diminuere pecunias. Ecce ergo qualiter timor mal9 multiplicatur in infinitum. eo q̄ oritur de malo amore. Itē etiā q̄ amat prio seipm. amat oēs illos qui sunt cōiuncti secum. vel q̄ iuuāt ipm vel cōsolātur ipm. Jō amat amicos. filios. vxorē parentes et fratres. et ēt oia illa q̄ ei seruiūt. sicut sunt dom9 possessiones et aialia. Et idō timet oia ista pdere. et per pñs timet oia illa que pñt auferre ista supradicta oia vel destruere. ¶ Fūdamētū ergo quare generātur tot timores est. quia illud qd amat pōt pdi et destrui et auferri. et est res pdibilis. Et sic amor mal9 nō liberat timorem a fuitute et a pena. imo ipm timorem multiplicat et penā auget. Sed qui amat prio deū. quia deus nō ē res q̄ pōt destrui vel auferri nec corrūpi nec p violētiā tolli nec aliqd sibi pōt nocere. ideo nihil aliud timet. sed solum timet eum quē amat. et sic amor dei nō multiplicat timores. sed habet solum vnicū timorē. et ille timor cum amore liberat ab infinitis timorib9 malis qui dāt penam et tristiciā. Et quia timor alicui debetur quia dñs. et ille qui timet est tanq̄ seruus. ergo sequitur q hō q̄ prio non timet deum. subijcitur et est suus oium rerū quas timet. et cōstituit se seruum oium illarum rerum et ille res oēs dñantur hoi. et idō hō cōstituit se seruum et subiectum oim creaturarum et ois creatura dominatur ei. quia oēs timet. et sic incurrit infinitas seruitutes et captiuitates et pdit libertatē suā. Sed qui primo timet deum est solum seruus vnius. et solū vnū habet dñm q̄ est dñs oium creaturarum. Qui ergo timet deum prio quia timet qd timēdum est idō hz bonū timorē. sed qui nō timet deum primo timet q primo timendum nō est quia timet creaturas de nihilo factas et talis timor est cōtra naturam hois inquātum hō est et cōtra totum ordinē creaturarum quia creature sunt facte pp̄ter hoiem ad seruiendum homini. et sic est ordo puersus in natura. Sed timor dei est fm naturā hois inquātum hō est. et fm ordinē oium rerū et ideo nō est cōtra hoiem. sed cōuenit hoi inquātum hō est. et ideo semp pficit hoi. Et sic apparet qualiter sunt duo timores. sicut duo amores.

Timor dei nō multiplicatur.

Amās seipsum oium rerum seruus est.

¶ Quia sicut sunt duo timores contrarij. ita sunt duo contēptus oppositi. Titulus.clxxx.

Et quia etiā amori opponitur odium et duob9 amorib9 opponuntur duo odia. ita etiā similiter timori opponitur contēptus. Et sicut sunt duo amores. ita erūt duo

erunt duo ɔtēpt9.ɔ̄ sicut est timor dei.ita est cōtēpt9 dei.⁊ sicut ē timor creature.ita est ɔtēpt9 creature.seu cōtēpt9 sui ipsi9 Et iō siľr pōt fieri de oppositio ⁊ cōparatio inter duos timores ⁊ duos contēpt9.sicut inter duos amores ⁊ duo odia. Unde timor dei ⁊ timor creature seu q̄ oritur de amore ꝓprio sūt ɔ̄rij ⁊ cōtēpt9 dei ⁊ cōtēpt9 creature seu sui ipsi9 sūt sub ɔ̄rij.Sz timor dei ⁊ ɔtēpt9 dei ɔ̄dicūt.⁊ timor creature ⁊ ɔtēpt9 creature ēt ɔ̄dicūt.Et timor dei ⁊ ɔtēpt9 creature subalternanť.⁊ timor creature ⁊ cōtēpt9 dei ēt subalternātur. Compa ergo timorem ad amorem ⁊ duos timores ad duos amores ⁊ ad ɔtēpt9.⁊ sic acq̄res magnam scientiam de timore.

¶ Qꝫ honor ⁊ vtilitas seu cōmodū sunt duo ꝓpter que omnia fiunt. Titulus.cxxxi.

Quāuis āt sit tractatū de honore aliq̄liter simul cuȝ amore ⁊ alijs debitis. atn̄ honor req̄rit spālē tractatū ab alijs distinctū ꝓpter suā singularē naturā ⁊ excellētiā.q2 oīa q̄ facta sūt ⁊ fiūt.ꝓpter honorē fiūt.Unn̄ oīa q̄ fiūt vel fieri pn̄t ad duo reducūtur.s.ad honorē ⁊ vtilitatē.Q2 oē qđ fit.vel fit ꝓpter honorē vel ꝑ vtilitatē.vľ ꝓpter vtrūq₃ simul.ita ꝙ honor ⁊ vtilitas sūt duo fruct9 q̄ colliguntᷣ finaľr ab oīb9.Cū aūt de9 fecerit mūdū necesse ē ꝙ vel fecit ꝑ honorē vel ꝓpter vtilitatē.vľ ꝓpter vtrūq₃ simul.Unn̄ cū nō sint nisi duo.s.de9 ⁊ creatura.necesse ē ꝙ oīa fiāt vel ꝓpter deū.vel ꝓpter creaturā.vel ꝓpter vtrūq₃ in simul.Et q2 creatura semꝑ est idigēs q2 de nihilo fcā ⁊ nō pōt ꝑ se eē nec existere.⁊ sic pōt crescere in bonitate ⁊ pfectiōe ⁊ melior fieri intra se.iō ei soluȝ debeť vtilitas seu cōmodū ⁊ nō honor.Sz q2 de9 creator est plen9 intra se oī pfectiōe nullo idigēs extra se.q2 nullo mō pōt crescere in seipso.q2 sūme plen9 ⁊ iō q2 i ipo nulla ē nec pōt eē indigētia.q2 ē sūme diues oīb9 abūdās habēs oē cōplemētū.iō ei nulla debeť vtilitas.sed solū honor.Et sic creature solū debetur vtilitas.⁊ deo creatori solū honor.Et q2 de9 ē sūme bon9.iō nihil pt opari q̄n sit ꝓpter vtilitatē.ɔ̄ ista duo sūt simul coniūcta in oī ope suo.s.honor ⁊ vtilitas.q2 honor sine vtilitate videť eē vanitas.qđ nō pōt eē in sūmo bono.iō de9 nō pōt opari ꝓpter solū honorē.iō oīa q̄ de9 opať ꝓpter honorē opať ⁊ vtilitatē.s.ꝓpter honorē suū cui debeť.⁊ ꝓpter vtilitatē creature cui cōuenit vtilitas ⁊ cōmodum.aliter sua operatio nō haberet finem completum ⁊ plenū qđ esse nō potest.Et sic oīa cōsistunt

Soli deo honor.

Hoi vtilitas.

o

in duobus.scz in honore et vtilitate et ppter ista duo oia fiunt. et vtilitas cõuenit indigẽti. et honor indigẽti sue pleno in se. Cũ em̃ deus operat oia que operat ppter se prio. et ipe non possit aliqd recipere intra nec crescere intra nec augeri seqtur q nõ põt operari extra se nisi ppter honorẽ et gloriã que sũt exteriora bona. Impossibile est em̃ q ppter nihil opet. Et cum sit sũme bonus est impossibile q opet nisi ppter aliquaz vtilitatẽ. et qr ipse nulla vtilitate indiget ideo necesse est q opet ppter vtilitatẽ creature. Et sic honor dei et vtilitas creature semper sunt colligata in opibus suis.

¶ Quãuis simul sũt honor et vtilitas attamẽ magis principalis est honor q̃ vtilitas. Titulus.clxxxiij.

Et qm̃ honor pertinet deo. et vtilitas creature. ideo magis ẽ pncipalis honor dei. q̃ vtilitas creature. et de tãto quãto de⁹ est pncipalior q̃ creatura. imo sicut de⁹ et creatura in infinitũ distãt. ita distãt in infinitũ et sine mẽsura honor dei et vtilitas creature. Et ideo q̃uis simul opet ppter suũ honorẽ et creature vtilitatẽ attamẽ magis pncipaliter opat et prio ppter suũ honorez et minus principaliter et secũdario ppter creature vtilitatẽ. ita q principalius respicit suu honorẽ q̃ creature vtilitatẽ. Sicut em̃ prio est de⁹ q̃ creatura. ita similiter pmo debet respicere de⁹ ea que ptinent ad ipm q̃ ea que ptinẽt ad creaturã. licet vtrunq simul respiciat. Et ideo seqtur q de⁹ principaliter fecit mũduz et oia que in eo sunt ppter suũ honorẽ et ad suã laudem et gloriã. vt scz exinde sequatur diuin⁹ honor. et etiã cõsequẽter ppter creature vtilitatẽ. Et exinde seqtur q deus oia põt q̃cũq pñt ptinere ad ppriã laudẽ et verã gloriã et verã vtilitatẽ et ad verũ honorẽ. et q oia q̃ de⁹ opatur in mũdo opatur ad suũ honorẽ. et nihil põt facere contra suũ honorẽ. Et iõ oẽs creature sunt facte ad suũ honorẽ. ad suã laudẽ. et regimẽ mundi et oium creaturarũ et toti⁹ vniuersi totũ est ad suũ honorez. Et qr vtilitas creature est ligata cũ honere dei. iõ seqtur q quãto magis de⁹ respicit suũ honorẽ. tãto magis respicit vtilitatẽ et cõmodũ creature. et quãto magis vult suũ honorẽ. tãto magis vult vtilitatẽ creature. et q̃nto magis crescit honor dei. tãto magis crescit vtilitas creature. Et sicut de⁹ nihil põt facere ↄtra suũ honorẽ. ita nihil põt facere q̃ntũ est de se cõtra vtilitatẽ creaturarũ. qr insimul sũt colligata. Quãuis ergo de⁹ intẽdat suũ honorẽ pncipaliter tñ nõ põt facere suũ honorez nisi faciat creaturarũ vtilitatez et cõmodũ. qr sũme bo

nus nõ põt noscere quãtũ est de se.iõ sũme nõ põt de se nisi pficere. Utilitas ergo creaturarũ ⁊ cõmodũ sequitur semper honorem dei.

¶ Qꝫ sicut deus solũ intendit vnũ honorẽ ita solũ respicit ⁊ intendit vnã vtilitatẽ pncipalẽ. Ti.cxxxiij

Et qm̃ vtilitas sequitur honorẽ dei ⁊ nõ põt ab eo separi.⁊ cũ deꝰ respiciat vtrũqꝫ insimul.sequitur ꝙ sicut solũ respicit vnũ honorem scꝫ suũ.ita respicit vnã vtilitatẽ principalẽ pncipaliter ⁊ prio. Qꝛ eñ creature debetur vtilitas.⁊ deo honor.iõ qꝛ ipe est vnus solus deus.solũ est vnꝰ honor. Jta similiter qũuis sint multe creature.attñ vna est principalis creatura super oẽs creaturas. Et qa creatura rõnalis est supra oẽs creaturas.iõ sequit ꝙ pncipaliter deus intendit ⁊ respicit vtilitatẽ creature rõnalis.⁊ vtilitatẽ aliarũ creaturarũ respicit ppter vtilitatẽ creature rõnalis. Et qꝛ solus hõ in hoc mũdo est creatura rõnalis.iõ deus prio ⁊ pncipaliter in mũdo respicit vtilitatẽ hois.⁊ vtilitates aliarũ creaturarũ q̃ sunt in hoc mundo.respicit ppter vtilitatẽ hois.⁊ vtilitatẽ hois ppter aliã vtilitatẽ nõ respicit. Jõ solũ vna est pricipalis vtilitas ad quã ordinãtur oẽs alie vtilitates.⁊ hec est hois vtilitas .et vtilitas hominis non est propter aliam vtilitatem.quia nulla est vtilitas alia supra vtilitatẽ hominis.sed solum honor dei laus ⁊ gloria sunt supra hominis vtilitatẽ.qꝛ amor ⁊ honor dei est superior q̃ hois vtilitas. Ecce ergo ordinẽ.vtilitates oĩuꝫ creaturarũ sunt ppter vtilitatẽ hois.⁊ vtilitas hois ppter honorẽ dei est.⁊ honor dei ppter nihil aliud est q̃ ppter deũ. Ergo oĩa tendũt ad vtilitatẽ hois ⁊ ad dei honorẽ. Et qꝛ iã pbatũ ẽ ꝙ deꝰ oĩa que operatur exterius.operatur ppter honorẽ suũ ⁊ hois vtilitatẽ.⁊ sic honor dei ⁊ vtilitas hois sunt simul ꝯiuncta ⁊ colligata nec separi psit. Et sic habemꝰ in vniuerso vnũ honorẽ solũ.et vnã pncipalẽ vtilitatẽ q̃ sũt duo fructꝰ totiꝰ vniuersi. Et hoc ẽ valde ꝯueniẽs.ꝙ solũ vtilitas hois sit pricipalis .quia sicut solꝰ homo scit ⁊ potest honorare deũ in vniuerso ⁊ laudare.ꝙ ita ipe solꝰ recipiat vtilitatẽ.

Deꝰ intendit vtilitatem hois

Oĩa tendũt ad vtilitatẽ hominis. Ti.cxxxi.

¶ Qꝫ per dei honorẽ ⁊ vtilitatem hois .seu creature rationalis potest reddi ratio de omnibus que operatur deus extra se. Titulus.cxxxiiij.

Et quoniam deꝰ operatur oĩa que opatur extra se ad suũ honorẽ ⁊ ad suã gloriam ⁊ ẽt ad vtilitatem hois seu creature rationalis.⁊ nihil põt opari cõtra suũ honorẽ.nec ꝯ creature rõnalis vtilitatem ideo

cū finis pncipalis ppter quē operaᷓ exteri⁹ ſit honoꝛ ſuus ⁊ glīa cū vtilitate creature ſeqtur ꝙ oīa q̄ de ipſo pñt dici i ope extra ſe.⁊ oīa opera ei⁹ pñt exteri⁹ reduci ad honoꝛē ⁊ vtilitatē.⁊ ꝙ ꝑ honoꝛem ⁊ vtilitatē pōt reddi rō de oībus q̄ operaᷓ de⁹ exteri⁹.Qui ꝗ vult hñe ſciam de diuinis operib⁹.cognoſcat vnū honoꝛē dei.⁊ illa q̄ pertinēt ad ſuū honoꝛē ⁊ ſuā gloriā.⁊ etiā cognoſcat vtilitatē hoīs.ſeu creature rōnalis . Qm̄ neceſſe ē ꝙ opa diuina cōcoꝛdant ⁊ cōueniāt cū honoꝛe diuino ⁊ nullo/mō repugnēt nec ꝯdicāt.⁊ etiā opꝫ ꝙ cōueniāt cū vtilitate creature rōnalis.Sim⁹ ꝗ bene radicati in dei honoꝛe ⁊ in vera hoīs vtilitate.qꝛ in iſtis oīa diuina opa radicanᷓ.Et inde ſequiᷓ ꝙ qui nō ſemp videt cōſiderat ⁊ cogitat dei honoꝛē ⁊ glīam.nec ipam hoīs vtilitatē.nihil pōt intelligere de opibus dei.imo penitus ignoꝛat.qꝛ nō videt lumē in quo videnᷓ opera dei. Et qꝛ deus eſt ptās.eſt ſapiētia.eſt bonitas.ē iuſticia. ⁊ ſic de aliꝫ.iō oīa operaᷓ ad honoꝛē ⁊ glīam ſue ptātis.ſue ſapiētie.ſue bonitatis.ſue iuſticie. ſue virtutis ⁊ ſic de aliꝫ.ita ꝙ nihil pōt facere cōtra honoꝛem ſue ptātis.nec cōtra honoꝛē ſue ſapiētie.nec ꝯ honoꝛē ſue bonitatis.Et oīa opa diuīa pñt reduci ad ptātē.ſapiētiā ⁊ bonitatē.⁊ ꝑ hec tria operaᷓ oīa extra ſe.⁊ ad iſta tria reducunᷓ alia.Ad operandum eñ iſta tria ſufficiunt.ſcꝫ bonitas.poteſtas ⁊ ſapiētia.⁊ iſta tria ſimul requiruntur.nec vnum ſufficit ſine aliꝫ.

¶Qꝫ in diuino honoꝛe includiᷓ vtilitas hoīs ſeu creature rōnalis. Titu.clxxxv.

ET qꝛ de⁹ operaᷓ oīa opa ſua ad honoꝛē ſue ptātis.ſue ſapiētie ⁊ ſue bōitatis.⁊ honoꝛ ⁊ glīa bonitatis eſt opari vtiliter ⁊ cōmode ad maioꝛē vtilitatē.iō ſequiᷓ ꝙ vtilitas ſemper includiᷓ in dei.honoꝛe.⁊ nullo mō honoꝛ diuin⁹ pōt ſepare a ſe vtilitatē creature.qꝛ nullo mō pōt facere ꝯ honoꝛē ſue bonitatis.in cui⁹ honoꝛe ſemp includiᷓ vtilitas ⁊ cōmodū alicui⁹.Et iō cū dico dei honoꝛē.dico creature vtilitatē.nec eſt neceſſe exprimere ipam vtilitatē.qꝛ dei honoꝛ totū impoꝛtat. Et ſic oīa totaliter reducuntur ad diuinum honoꝛeꝫ.⁊ de omnibus poteſt reddi ratio per diuinum honoꝛem.

¶Qꝫ diuin⁹ honoꝛ pbat opera dei exterius eſſe potētiſſime.optime.ſapiētiſſime.⁊ beniuolētiſſime facta. ¶Titulus.clxxxvi.

QUoniā aūt de⁹ operaᷓ oīa opera ſua ad honoꝛeꝫ ſue ptātis.ſue ſapiētie ⁊ ſue bonitatis . nec aliter pōt ea opari.⁊ qꝛ honoꝛ ⁊ glīa ptātis eſt potentiſſime

potēter opari.ꝛ honoꝛ ꝛ glia sapiētie sue est sapiēter ꝛ sapiētissime ꝓportionabilr ꝛ ꝓportionabilissime ꝛ cōgruētissime ꝛ oꝛdinatissime opari.ꝛ glia bonitatis est bn ꝛ optime beniuolēter ꝛ beniuolētissime.vtilit ꝛ vtilissime opari.iō sequit ꝙ opa dei sunt potentissime sapiētissime ꝛ optime facta.Et iō oia opa dei sunt ꝓportionabilissima,oꝛdinatissima.cōgruētissima ꝛ vtilissima.Jdeo nihil potest esse in diuinis operibus improportionatum incongruū.nihil inutile.nihil superfluū nec diminutum.vel inoꝛdinatum.

¶ Qꝫ quāto opera sunt magis ardua.magnifica.altiora.magis mirabilia ꝛ difficilia.ꝛ magis ꝛ pluribus vtilia ꝛ cōmunia.magis deo conueniunt ꝛ pertinent.

¶ Titulus.clxxxvij.

Hoc aūt ostenditur sic qm honoꝛ ꝛ glia soli deo cōueniūt ꝛ ptinēt.ꝛ quāto honoꝛ ꝛ glia est maioꝛ magis deo ptinet.ꝛ quāto magis honoꝛ ascēdit tāto magis deo ꝯuenit.et quāto magis aliq̄ ptinēt ꝛ respiciunt ad honorē ꝛ gliam dei.magis deo ptinēt.ꝛ qꝛ q̄nto opa sunt magis ardua.magis alta.magis mirabilia.magis subtilia et difficilia.magis ptinēt ad gliā ꝛ honorē diuīe ptātis ꝛ sapiētie diuine.q̄nto etiā aliq̄ sunt magis vtilia ꝛ pluribus cōia.tāto magis ptinēt ad gliam ꝛ honorē ꝛ laudē diuīe bonitatꝭ.g cū deo ꝯueniat q̄cq̄d pōt.eē magis ꝛ ptineat ad honorē sue sūme ptātis et sue sūme sapie ꝛ infinite bonitatis.seq̄t ꝙ opa sūme ptātis ꝛ sūme bonitatis deo ꝯueniūt ꝛ ptinēt.ꝛ q̄nto magis sunt talia.tāto etiā magis ei ꝯueniūt.Et p ꝯñs ei cōuenit ad honorē sue ptātis sapiētie et bonitatis ita potēter opari ꝙ nō possit potēti⁹ cogitari.ita sapiēter ꝙ nō possit cogitari sapiētius ita vtiliter ꝛ benigne ꝙ nō possit cogitari benigni⁹ nec vtili⁹ ꝛ hoc requirit honoꝛ ꝛ glia sue ptātis sue sapiētie ꝛ bonitatis. Quare ꝯcludit ꝙ q̄nto opa sunt magis ardua.magnifica magis. alta magis. magis incōpꝛehēsibilia ꝛ magis mirabilia. subtilia et difficilia.ꝛ magis ꝛ pluribꝫ vtilia. magis deo ꝯueniūt ꝛ ptinēt.cū oia q̄ magis ptinēt ad honorē ꝛ gliam suā ꝛ laudē magis ei ꝯueniūt.¶ Et exinde pñt multa alia cōcludi ꝛ seq̄.Vñ pōt seq̄ ꝙ q̄cq̄d magis ptinet ad honorē ꝛ gliam dei.magis opꝫ esse magis dꝫ fieri . Et iō magis opꝫ mūdū esse ꝓductū totaliter de nihilo q̄ de aliq̄.ꝛ magis de nouo q̄ ab eterno.qꝛ magis hoc pertinet ad honorē ꝛ gliam sue ptātis ꝛ bonitatis.Jteꝫ seq̄tur ꝙ q̄nto opa erūt magis vtilia hoī ꝛ creature rōnali,magis fiēt qꝛ hoc magis est ad honorē sue bonitatis,

Itē qꝛ cōuenit deo vt honoꝛ suꝰ z glia crescāt exterius ꝗntū fieri poterit. z hoc nō possit fieri nisi ꝑ opa. iō cōuenit deo facere opa sūme bonitatꝭ. sūme ptātis. sūme sapiētie z benignitatꝭ. Sic ꝙ ꝑ ipꝫ honoꝛē dei possumꝰ cognoscere ꝙ deo ꝯuenit magis extra se opari ꝯsiderādo honoꝛē z gliam sue ptātis. sue sapiētie z bōitatis z iusticie z mie, z pietatis. Et ex olbꝰ pt ꝯcludi ꝙ opa dei ex se ꝯsūmabunt. finient z terminabūt i sūmo honoꝛe in summa laude z in sūma glia sue ptātis. sue sapiētie. bonitatis z iusticie. z ꝙ tunc cessabit operari exterius qꝛ honoꝛ suus. laus sua z gloꝛia erunt completa.

¶ Ꝙ honoꝛ dei cū glia z laude in eternū durabit z sine fine ꝑmanebit. Titu.clxxxviij.

Uia aūt iā dictū est ꝙ ꝗcꝗd opat deꝰ exterius. opatur ad honoꝛē z gliaꝫ z laudē sue ptātis sapiētie z bonitatis. iō qꝛ deꝰ a nullo pōt ipediri necesse ē ꝙ honoꝛ suꝰ fiat et cōpleat. qꝛ aliter honoꝛ z glia sue ptātis destruerent. Et ꝑ ꝯñs seqtur ꝙ oia debēt terminari z cōsūmari ad suū honoꝛē z ad suā laudē z gliaꝫ. Et qꝛ nō esset sūmus honoꝛ nec sūma glia. nisi honoꝛ z glia sua durarēt z ꝑpetuarent ieternū vt nūꝗ cessent. iō necesse ē ꝙ honoꝛ dei ꝑmaneat in eternū z glia z laus. Et ꝑ ꝯñs opa dī debēt ꝑmanere ineternū. Et qꝛ honoꝛ reqrit honoꝛantē. z glia glificātē. z laus laudātē. iō ꝓpter eternitatē honoꝛꝭ dī z sue glie z laudis. opꝫ ꝙ sint creature ꝗ possint inetnū deū laudare. honoꝛare z glificare de operibꝰ suis. z ꝗ cognoscāt opa. Si em̄ nulla esset creatura ꝗ cognosceret opa dei z videret. inuanū deꝰ operaret ꝓpter honoꝛē z laudē z gliam suā. Et qꝛ sola creatura rōnalis pt hoc facere iō creatura rōnalis dꝫ ineternū durare ꝓpter honoꝛē dei z laudē z gliaꝫ. Et sic ꝑpetuitas honoꝛis dei z glie z laudis arguit ꝑpetuitatē creature laudātis z glificātis. Et qꝛ honoꝛ dei nō pōt eē sine vtilitate. iō sicut honoꝛ dei dꝫ ꝑpetuari. ita dꝫ ēt vtilitas ꝑpetuari. Et iō ēt vtilitas creature rōnalis ꝑpetuabit. vt simꝰ maneat honoꝛ z vtilitas. sine fine.

¶ Ꝙ honoꝛ dei est duplex z dupliciter debetur. Titulus.clxxxix.

Onsiderandū aūt ꝙ honoꝛ vno mō est naturalis z debet ex debito nature. s. rōne pꝛimitatis z ꝑncipalitatis z auctoꝛitatꝭ. Et iste honoꝛ debet alicui qꝛ ē pꝛincipiū z pꝛimū. qꝛ oē ꝑncipiū z pꝛimū inꝗntū tale ē honoꝛandū. Et qꝛ solus deꝰ est pꝛicipiū pꝛimū totalr. z nihil ē ipm ꝑmū ꝑncipiū nisi ꝑ ipꝫ. iō ipe ē solus honoꝛādus isto hono-

Honoꝛ naturalis

re pmo.⁊ om̄e aliud inquantū est pͥcipiū ⁊ pmū ē ho
norādū q̄ꝛ repn̄tat ipm̄. Et iđ pr̄ ⁊ mr̄ ⁊ pͥcipat⁹ hono
rātur.q̄ꝛ sūt pͥcipiū q̄đdā. Et talis honor nō includit
gl̄iam nec laudē.nec famā.nec nomē. q̄ꝛ nō dat̄ nec de
betur nisi rōne pmitatis. Ali⁹ ē honor q̄ nō est a natu
ra nec ex debito nature.ſꝫ ē honor acq̄situs ⁊ debit⁹ ex
mirabilib⁹ operib⁹ honorabilib⁹ ⁊ gl̄iosis. Et iste ho
nor includit in se gl̄iam ⁊ laudē.famā ⁊ excellentiā et
bn̄dictionē. Et iste honor iūct⁹ cū laude ⁊ gl̄ia ē pmiū
extrīsecū.⁊ remūeratio exterior bonorū operū.qđ de
betur ab oībus cognoscētib⁹ talia opa. Vn̄ fruct⁹ exte
rior bonoꝝ operū.est honor.laus.gl̄ia.fama.bn̄dictio
⁊ sunt corona bonoꝝ operū.q̄ꝛ ꝑpter honorē gl̄iam et
laudem coronantur exterius bona opera.quia digna
sunt exterius coronati. Et quia solus deus facit bona
opera.⁊ omnia bona opera per ipm̄ fiunt.⁊ q̄uis crea
ture operenᷓ.tn̄ ab ipo hn̄t q̄ operentur ⁊ nō a seipsis
q̄ꝛ de nihilo facte sūt.⁊ iđ ipe creature ⁊ opa creatura
rū bona ipsi⁹ dei sunt radicalr̄ ⁊ pͥncipalr̄. iđ honor
laus ⁊ gl̄ia q̄ sunt premiū exteri⁹ ⁊ corona bonoꝝ ope
rum soli deo debenᷓ. Siue ḡ de⁹ immediate opereᷓ p
seipm̄ seu p creaturā.semper ipe honor laus ⁊ gl̄ia dei
sūt ⁊ soli deo debēᷓ. Sꝫ q̄ꝛ creatura rōnalis opaᷓ simr̄
cū deo libere volūtarie ⁊ spōte.⁊ cōplacet i operib⁹ bo
nis.iđ debeᷓ ei pmiū ⁊ remūeratio rōne libertat̄ ⁊ cō
placētie i bōis opib⁹.ſꝫ nō đbeᷓ ipi creature pmiū nec
remūeratio exteri⁹.ſꝫ interi⁹.q̄ꝛ esset ei vanitas. Et iđ
nō debeᷓ creature honor nec gl̄ia nec laus ex operib⁹
suis.ſꝫ solū vtilitas interi⁹.q̄ꝛ creatura dꝫ pfici ⁊ cōple
ri ⁊ crescere intra se donec sit cōpleta. Qn̄ ḡ de⁹ opera
tur p se imediate sine creatura.tūc talia opa nō pn̄t p
miari nec remūerari nisi exteri⁹ p honorē.laudē ⁊ glo
riā.⁊ hoc soli deo debeᷓ.q̄ꝛ est plen⁹ interi⁹ et intra se.
Sꝫ qn̄ opatur p creaturā rōnalē.tūc debenᷓ duo pmia
vnū interi⁹.aliud exteri⁹.vnū ꝓ deo.aliđ ꝓ creaturis.
Premiū dei est honor opis ⁊ laus ⁊ gl̄ia.pmiū creatu
re ē vtilitas.⁊ hoc ē valde rōnabile.vt sicut duo cōcur
rūt voluntarie simul ad vnū.q̄ vterq̄ habeat pmiū si
bi ꝯueniēs.s.de⁹ honorē.⁊ creatura vtilitatē. Quid em̄
faceret creatura idigēs de honore ⁊ gl̄ia.⁊ q̄d faceret
de⁹ sūme plen⁹ de vtilitate.cū de⁹ nō possit crescere in
tra se.⁊ creatura possit crescere intra se. Et sic honor
est premiū extrinsecū.⁊ vtilitas est premiū intrinsecū
Et sic de⁹ premiat ⁊ remunerat creaturā rōnalē inte
rius.dādo sibi pmiū pficiēdi eā ⁊ cōplēdo ⁊ augmētā
do.⁊ ipa creatura rōnalis vt ipe bō pmiat ⁊ remune

Honor acq̄situs.

Honor ē premium virtutis.

Soli deo honor.

Hōi debetur pre miū interius.

Premiū dei.

Honor ē pmiū extrinsecū. vtilitas intrinsecū.

rat deum & coronat exterius. dando sibi laudem & gloriã & honorẽ & bñdictionẽ de ipsis operibus. Et ita vtrq[ue] h[abe]t suũ premiũ. Et in hoc ostẽdit magna dei dignatio. qui vult a sua creatura premiari: honorari: laudari et glorificari. Et inde sequit[ur] q[uod] post q[uam] honor laus et gl[or]ia sunt p[re]miũ q[uo]d deo debet[ur] exterius. q[uod] excedũt o[mn]ia creata sine mẽsura. Et iõ maior est honor dei q[uam] totus mundus: q[ui]a hoc est corona sua exterior. Et iõ qui aufert sibi honorẽ plus tollit q[uam] si tolleret totũ mũdũ. Et iõ iniuria dei nõ p[ot]est per o[mn]es creaturas repari. Dicam[us] ergo q[uod] q[ui]cquid dat[ur] vel acquirit[ur] vel est intrinsecu[m] bonu[m] illi rei cui dat[ur]: ita q[uod] est eius p[er]fectio & cõplemẽtũ vel iuuamentũ. vel est bonũ extrinsecũ nõ p[er]tinẽs ad perfectionẽ vel ad cõplemẽtum nec ad adiutoriũ & hoc est honor laus & gloria. sed p[re]mũ est vtilitas: et hoc debet[ur] solũ creaturis: sed aliud solũ deo. Quicq[ui]d ergo p[er]tinet ad p[er]fectionẽ & cõplemẽtũ & ad adiutoriũ ipsi creature d[ebe]t dari. Sed q[ui]cq[ui]d non p[er]tinet ad p[er]ficiendũ nec ad cõplendũ rem nec ad adiutoriũ soli deo debet dari: et hoc est honor gloria: laus: benedictio: gratiarũactio. & o[mn]ia que exteri[us] dant[ur]. Et ex hoc possum[us] videre q[uod] duplex est cremẽtũ. & dupl[icite]r aliqua res h[abe]t crescere. s[cilicet] intra se & extra se. Nã tũc aliqua res crescit intra se & interius dũ cõplet[ur] & p[er]fecit[ur]. Et tam diu crescit & p[ot]est crescere donec p[er]ueniat ad vltimũ cõplemẽtu[m]. Sed tũc aliqua res crescit exteri[us] & extra se. dũ acq[ui]rit honorẽ: laudẽ & gloriã & famã. Et istud cremẽtũ nullo mõ intrat intra rem: nec vnit[ur] ei: q[ui]a honor: gl[or]ia: fama: nullo mõ sunt intra rẽ: sed extra rẽ: nec p[er]tinẽt ad rem. & iõ sunt cremẽta exteriora: nec cõplẽt: nec p[er]ficiũt ipsam rẽ. Et iõ tale crementũ nõ debet[ur] creature sed p[ri]mũ: q[ui]a creatura potest crescere intra se. Et ideo si nõ habeat in se totum suũ cremẽtũ & querat extra se crementũ querit vanitatem. q[ui]a ipsa existẽs vacua a sua p[er]fectione a p[ro]pria bonitate interiori a suo cõplemẽto interi[us] q[ue]rit cremẽtu[m] extra se q[uo]d nullo mõ p[ot]est intrare re[m] nec p[er]ficere. Et iõ si creatura rõnalis nõdũ cõpleta q[ue]rat honorẽ: gloriã: laudẽ: exterius. tũc intra se implet[ur] vacuitate & vanitate. & efficit[ur] vacua a sua p[ro]pria p[er]fectione & bonitate interiori. & intrat in eã vanitas & inanitas que est vacuitas p[ro]prie p[er]fectiõis & bonitatis & vtilitatis. & in ea nulla est soliditas: nec firmitas: q[ui]a ibi nõ est p[ro]pria bonitas: nec p[er]fectio. nec p[ot]est esse firmitas. Et ideo sibi nihil p[ro]ficit cremẽtũ exteri[us]. honoris: laudis & gl[or]ie. imo du[m] magis vult crescere exteri[us]: deficit interi[us]: et remanet paup[er]rima intra se. Et quãtu[m] q[ue]rit extra se de honore:

Honor dei ẽ maior toto mundo.

Querẽs honorẽ q[ue]rit vnitatem.

laude ꝛ gliãtātū pdit intra se de pfectiōe et bonitate ꝛ vera vtilitate ppria. Et quoniam res appetit sp cresce re donec sit cōpleta. iō creatura rōnalis si nō q̄rit cre scere interius: necesse est vt q̄rat crescere exterius. ideo si nō q̄rit ppriā bonitatē intra se: necesse est q̄ querat honorē: laudē ꝛ gloriā extra se. ꝛ hoc ē ꝯ naturā: ꝛ ꝯ rō nem: q̄ res ex̄ns vacua intra se: ꝛ carēs ppria pfectio ne querat honorē extra se: ꝛ gloriā: cū sit paupima et miserrima. Et iō cremētū extrinsecū nō debet crea ture. Sed qr deus est plenus intra se: ꝛ nullo mō pōt i terius crescere. iō ei soli debent laus: ꝛ gloria: ꝛ honor: qr in deo nulla pōt eē vanitas neq̄ vacuitas: quia in eo est summa plenitudo. Sic ḡ habem⁹ duplex cremētū. vnū extrinsecū: aliud intrinsecū. vnū ptinēs creature aliud ptinēs creatori. Et habem⁹ etiā q̄ honor debet pncipio in q̄tū pncipiū est. ꝛ debet etiā bonis opib⁹. Et p ꝯns deo debet honor duplr. ꝛ qr est pmū pncipiū: et ē ppter opa bona. Prim⁹ honor est naturalis. secū dus est acquisit⁹: ꝛ iste honor acq̄sit⁹ est cremētū exte rius qui est semp cōiunct⁹ cū gloria ꝛ laude. Q autē semp bono opi debeat laus ꝛ gloria ꝛ honor. signū est euidētissimū: qr hō timet facere mala corā hoibus p pter vituperiū ꝛ cōfusionē: qr vitupiū et cōfusio dant ppter mala opa ꝛ acquirūtur ex ipsis. Ergo p ꝯriū bo nis opib⁹ debetur honor laus ꝛ gloria. Si ḡ deus facit opera bona. ei debetur honor laus ꝛ gloria. Querere honorē ē ꝯ rōnem. Epilogat

¶ Q deus fecit creaturā rōnalē ꝛ totū mundū ppter honorē qui acquirit ꝛ debet ꝛ sequit ppter opa vt ipse cresceret in creatura rōnali extra se. ꝛ ipsa rationalis creatura cresceret simul intra se.

Titulus.cxc.

Quoniā aūt deus nō pōt crescere in seipso nec intra se: qr infinit⁹ est ꝛ summe pfect⁹. sed tñ pōt crescere extra se. et creatura pt crescere in seipsa ꝛ itra se. iō ppt ista duo cremēta debēt fieri oia. Et qr tūc deus po test crescere extra se q̄n suus honor: sua laus: ꝛ sua glo ria: ꝛ sua fama crescūt. Et cū honor ꝯiūct⁹ cū gloria: et cū laude acquirat de nouo ꝛ sequat opa. sequit q̄ ipse oia opa extra se facit: vt p illa sequat ꝛ acquirat honor cū laude ꝛ gloria. Et qr honor laus ꝛ gloria q̄ sunt exte riora cremēta nō pñt esse nisi de⁹ cognoscat ꝛ cogno scant etiā opa sua: ꝛ cum sola creatura rōnalis pōt co gnoscere deū ꝛ opa sua. sequit q̄ ppter honorē dei et laudē ꝛ gloriā rōnalis creatura facta sit. Et iō cū deus nō possit crescere intra se: sꝫ extra se. ꝛ extra se nō pos sit crescere nisi in creaturis ipsis crescat. ꝛ qr tūc de⁹ crescit extra se q̄n suus honor: sua laus: ꝛ sua gloria: et

sua fama crescunt.⁊ hoc nō pōt fieri nisi in sola creatura rōnali.ideo sequif ꝙ fecit creaturā rōnalē vt ipse cresceret i ea.s.vt cognitio ðı noua ⁊ noticia dei noua fieret in ipsa creatura. Qñ eñ noticia et cognitio dei crescit:tūc crescit suus honor:laus sua:et sua gloria et fama.Et ideo qñ noticia dei multiplicaf ⁊ crescit:tunc de⁹ crescit ⁊ multiplicaf.Uñ noticia rei ē silitudo rei. ⁊ iō qñ fit noticia in creatura rōnali de deo:tūc quodā modo fit de⁹ de nouo:q: sua silitudo fit in creatura rōnali.Et quāto maior fit noticia dei: tāto magis crescit deus.Et quāto magis crescit noticia dei.tanto magis crescit suus honor:sua laus:⁊ sua glia. Et sic fecit de⁹ hoies ⁊ creaturas rōnales vt in eis cresceret.Et q: dū deus crescit extra se in hoibus et in creatura rōnali: ipsa creatura rōnalis crescit intra se:et hoies crescūt interi⁹.iō simul ⁊ semel ⁊ de⁹ crescit extra se in creatura rōnali:⁊ creatura rōnalis crescit intra se ⁊ in deo:⁊ de deo:⁊ est vnū ⁊ idē cremētū. Sic ḡ cremētū dei exterius ⁊ extra se est cremētū creature rōnalis interi⁹ ⁊ intra se.⁊ cremētū ipsius creature est cremētū dei. Et sic creatura rōnalis intra se crescit:dū deus crescit in ea:⁊ tūc de⁹ crescit in ipsa.dū fit cognitio ⁊ noticia dei in ipsa.Et talis noticia fit in creatura ꝑ opa dei:q: cognoscēdo opa dei cognoscif de⁹ ⁊ manifestaf extra se.⁊ dū cognoscif ꝑ sua opa tūc honoraf:laudaf ⁊ glorificaf. Sic ḡ opaf de⁹ extra se vt cognoscaf exterius ⁊ exinde honoref:laudef ⁊ glorificef.⁊ honor su⁹ et laus sua multiplicenf:⁊ ex sequēti vt creatura rōnalis ipm cognoscēdo crescat de sua cognitione ⁊ impleaf noticia ipsius.⁊ exinde honor laus ⁊ glia dei crescat ⁊ multiplicef in ipsa creatura rōnali:ꝙ dū deū cognoscit ipsum honorificat laudat ⁊ glorificat. Sic ḡ ad ista duo cremēta tendūt oīa opa dei:que tñ sunt vnū cremētū. Si eñ de⁹ non cresceret extra se:nec creatura rōnalis posset crescere intra se.Et q: rōnalis creatura h3 itellectū ⁊ volūtatē.iō de⁹ d3 crescere in intellectu ⁊ volūtate ipsi⁹ creature:et ipsa creatura d3 ipleri de deo tā in itellectu ꝙ̄ in volūtate ad honorē laudē ⁊ gliaȝ dei. Et q: alr crescit itellect⁹:aliter volūtas.⁊ aliud est crementū vni⁹ ⁊ aliud alteri⁹.⁊ vtrūq3 crementū op3 ꝙ fiat de deo.iō op3 ꝙ de⁹ multis modis crescat extra se:⁊ iō sunt plres modi crescēdi dei extra se:q: creatura rōnalis multis modis pōt crescere intra se.Uñ deus crescit dū noticia de deo crescit.⁊ deus crescit dum amor dei crescit.etiā deus crescit dū timor de deo crescit. et de⁹ crescit dū spes ⁊ ꝯfidētia in deū crescūt.de⁹ crescit

Nō fact⁹ est.vt de⁹ in eo cresceret.

Deus d3 crescere i itellectu3 ⁊ volūtate hoīs.

dū fides ī deū crescit. ⁊ dū oīa crescūt tūc honor laus ⁊ glīa dei crescūt. Et iō ēt silr creatura rōnalis vt ipse hō crescit intra se dū fit in eo ⁊ gñaꝛ cognitio dei. crescit ēt qñ fit in eo amor dei. Crescit ēt qñ gñaꝛ in eo timor dei: spes in deo: cōfidētia in deū: ⁊ fides in deum. Jsta ꝑ sunt incremēta dei extra se: ⁊ incremēta creature rōnalis seu hoīs intra se. Attñ lꝫ multis modis crescat deus extra se: et creatura rōnalis intra se: tñ duo sunt ꝑncipalia incremēta: sicut duo sunt q̄ possunt crescere in creatura. s. intellect⁹ ⁊ volūtas. Jsta aūt duo incremēta sūt noticia ⁊ amor. Uñ cognitio ⁊ noticia dei est incrementū intellect⁹: sed amor dei est incremētuꝫ volūtatis. Tūc ꝑ crescit intellect⁹ in deo ⁊ de deo: ⁊ deus in itellectu. dū crescit dei cognitio ⁊ noticia ⁊c. Et tūc crescit de⁹ in volūtate ⁊ volūtas in deo: dū crescit amor dei in volūtate. Sed tñ ꝑmū incremētū. s. cognitio ⁊ noticia dei est fundamētū oīm ⁊ radix. Si eñ nō sit cognitio dei: nō erit amor dei: nec timor: nec honor: nec laus: nec glīa dei. Ecce ꝑ quāta vnitas: ⁊ quāta ꝑpinq̄tas. ⁊ quāta obligatio dei cū hoībus et cū rōnali creatura: q2 de⁹ voluit crescere exteri⁹ in ipsis hoīb⁹: vt ipsi crescerēt in eo ⁊ simul: honor laus ⁊ glīa dei fierent. ⁊ hoīes itra se crescerēt. Ecce qualr honor laus ⁊ glīa dei fecit rōnalē creaturā ⁊ hoīes fieri. Ecce qualr honor dei fecit hoīes crescere ⁊ impleri. Ecce qualiter laus dei: glīa dei fecit mūdū qui nō erat fieri. Ecce q̄liter honor ⁊ glīa dei fecit deū extra se opari. Diligere ergo debem⁹ sup oēs creaturas honorē: laudē: ⁊ glīam dei: q2 fecit nos fieri. fecit nos eē. Preponere debem⁹ oīb⁹ honorē dei ꝑꝑ quē sum⁹. Custodire debem⁹ honorē dei: ꝑꝑ quē imortales erim⁹ ⁊ ꝑpetue viuemus. ¶ Q2 sicut deus oīa opaꝛ ꝑpter suā laudem: suū honorem ⁊ glīam. ita opaꝛ oīa ꝑpꝛ suū nomē.

Duo ꝑncipalia incremēta hoīs.

Titulus. cxcj.

Quoniā aūt q̄cquid pōt de nouo acquiri vl' est res vel est nomē. ⁊ q2 de⁹ nō pōt sibi de nouo acq̄rere aliquā rem: cū oēs res mundi ipse fecerit. et sic cū sint sue. nō pōt eas de nouo acq̄rere. Jtē frustra acq̄reret cuꝫ nulla re indigeat: q2 est infinitus. ⁊ sic sūme plen⁹ intra se: ꝑ q̄cq̄d de nouo pōt sibi de⁹ acq̄rere est solū nomē. Et hoc deo maxime cōuenit: q2 solū pōt extra se crescere: q2 acquirere hoc est crescere extra se pōt: ⁊ nō intra se. Uñ tūc aliqua res extra se crescit: qñ nomen nouū acquirit. ⁊ quāto magis illud nomē crescit tāto magis res extra seipam crescit. Nomen autē

acquirit ex opibus que apparet et videntur. Qm enim opera sut bn facta.necessario ex eis sequit honor laus fama et gloria cu attribuatur et debet attribi illi cuius est illud op9 bn factum.et tunc res illa cuius est opus et cui attribuit acqrit sibi nome nouu ex tali ope. Acqrere ergo nome.est acqrere nouu honorem noua laudem et noua gloria et fama noua ex proprijs operibus. Et qr opera possunt esse bn facta vel male facta. ideo ex opibus pot acqri nome bonu vel nome maluz. Qr sicut ex opibus bn factis de necessitate sequitur honor laus.et glia.ita ex opibus malefactis sequit dedecus. vituperiu et inhonoratio. Vn iste est ordo.qm res prio est.et deinde datur sibi nome propriu importas et repsentas et significas illam re distincte et determinate.vt verbi gra.prio ho est et deinde datur sibi nome propriu.Et istud nome no datur pter opa bene facta.qr ante nois ppriu imppositione nodu ho opatus e aliqd opus bnfactu.nec male factu.s3 significat rem nudaz sine opibus.Et ideo habere istud nomen no est acqrere honorem.nec laude.nec gloriaz.nec fama.s3 postea ho per cursu3 vite sue opatur bona opa bene facta. et tunc acqrit honorem et laudem et gloria et fama pter opera.et acqrit nouu nome pter opus.et fm natura opis acqrit nome.et ex multis opibus multa noia Et oia ista noia acqsita ex operibus 9iugutur cu primo noie ipsius rei.quod erat nudum sine honore.sine fama.et sic primu nome efficitur magnu et honorabile et laudabile et famosum.et crescit in nobilitate.in honore.in fama.in laude et in glia.pter opera rei cui9 est.Si ergo a pricipio nomen rei est sine honore.sine laude et sine fama.s3 postea pter opationes rei cui9 est ipm nomen crescit et efficitur magnu in honore.i laude.i fama.et tatu quatum crescut opa bona.tatum crescit nomen rei in nobilitate et in dignitate.et opera illius rei a principio vsq3 ad finem importatur postea per illud nomen.et dum illud nomen auditur intelligutur omnia opera sua.Ita ergo res dum operatur facit crescere suum nome.et du magis operat facit ipsum magis crescere.qr nome seqtur re.Et io qr pter bn facta opa de necessitate seqtur honor.laus.glia. fama.et ista sunt exteriora et extra re.sicut nome e et est extra re et no est ipsa res.io ipe honor.ipa laus et gloria et fama coiugutur cu noie ipsius rei.et per ipm nome ipa res iplet honore.laude.glia et fama. Vn cu honor laus.glia et fama q sequut ad opa non possint intrare ipam re cui9sunt opa,et ipa res nihil heat extra se ma

Des acqrit nome.

Ex operibus acqrit nome bonum.

Nota pulcerrimuz exemplum.

gis ꝓpinquū.magis familiare ꝙ nomē suū qđ impor tat totalē ipā rē.⁊ ꝑ qđ ipa res ⁊ dicitur portat.imo ꝑ dicat de ipa in recto qđ nihil aliud exteri⁹ facit. seqt ꝙ ipe honor.ipa laus.gl'ia et fama debet noi ipsi⁹ rei. eo qꝛ ipm nomē pōt crescere ⁊ impleri de honore ⁊ laude ⁊c. Quia ipa res nō pōt crescere intra se de honore nec de laude nec de fama.⁊ ipm nomē pōt crescere de ipsis.necesse ē ꝙ ipsum nomē crescat ⁊ impleat hono re.laude.⁊ gl'ia ⁊ fama.vt postꝙ nō possunt manere i ipa re.remaneāt in suo noīe ⁊ dent noi suo.Ecce ergo opa exeūt a re ⁊ apparēt ⁊ vident exteri⁹.et ex opibus talib⁹ debet honor laus q̄ sunt exteriora. et ipm nomē rei est exteri⁹ ⁊ apparet.iō honor laus fama et gl'ia.q̄ sequūtur ad opa ꝯsit dari noi ipsi⁹ rei opantis. Ergo ipsa opa faciūt exteri⁹ crescere ipm nomē.⁊ faciūt ipz nomē honorabile.laudabile.famosum ⁊ gl'iosum ⁊ bn̄ dicēdum.Ipm aūt nomē pōt duobus modis crescere. Primo in seipso.scʒ dū crescit ⁊ implet honore laude gl'ia ⁊ fama ꝓpter opa.⁊ istud ē primū cremētū.Scđo crescit nomē cū iā est plenū i se.qñ multiplicat ⁊ dilatat ⁊ extēdit ꝑ plures hoīes in cordibus hoīm Et ergo propter opera bn̄ facta q̄ apparēt. necessario sequit vere honor.laus.gloria et fama rei cui⁹ sunt opa q̄ cō iūgūtur cū noīe ipsius rei. ⁊ faciunt nomē magnuʒ.Et cū solus de⁹ operet opa bn̄ facta ⁊ oīa opa bn̄facta sint ipsius dei.qꝛ oīs creatura est ipsius dei opus.⁊ per cō sequens oē opus creature bene factum est opus dei.se quitur ꝙ honor laus gloria ⁊ fama que sequunt ad om nia opera bene facta omnium rerum vere et verissime dei sunt et deo debēt vere dari.⁊ nulli alteri rei. Et ꝑ ꝯns solus ipe dʒ acq̄rere nomē ex opibus omnibus be ne factis.⁊ solū suum nomen debet crescere in vniuer so in vero honore laude.gloria et fama in dignitate et nobilitate.Et per consequens omnis honor oīs laus omnis gloria ⁊ omnis fama in veritate oīm operū be nefactorum nomini ipsi⁹ dei debent dari.Et ideo solū suum nomē debet esse honorabile. laudabile famosuʒ gloriosum.magnificū ⁊ bn̄dictum ⁊ nullum nomē crea ture de se dʒ honorari laudari.glorificari.Et sequitur vl terius ꝙ hoc est ꝓpriū soli deo.scʒ acq̄rere nomē veri honoris ⁊ laudis ⁊ glorie. Et per consequens conclu ditur.ꝙ deus operatur omnia extra se propter suum nomē.scʒ.vt impleat omni vero honore vera laude glo ria ⁊ fama.vt sit magnū magnificuʒ.honorabile ⁊ glo sum.famosum ⁊ laudabile.vt postꝙ non pōt crescere intra se.crescat exterius in suo nomine. Et ideo sequi

Nomen alicuius dupliciter crescit.

Solū nomē deiʒ crescere i mundo.

tur q sicut operatur oia propter sui honorem laudem et gloriã.ita.operatur oia propter suũ nomen.Et p cõse-quens sequitur q idem est opari propter suũ nomen et operari propter suam laudẽ et gloriã et honorez. Et iõ necesse erit q quicqd fit vel fieri potest in toto vniuer so siue bonũ siue malũ,veniat ad honorem et laudem et gloriã nois sui.Etiã quicqd iã cõclusum est et dictuz est de honore dei.cõcludi et dici potest de suo noie.

¶ Q nomẽ dei ex operib9 acquisitũ respicit semp ve-ram vtilitatẽ hois et commodũ. Titulus.cxcij.

Ti.clxxxi et Titulo clxxxiij.

Quoniã autem iam declaratũ est q honor ver9 et vtilitas vera sint ita colligata q nõ possunt separi.ita q verus honor dei re-spicit sp verã vtilitatẽ nõ suã sed alterius. et vera vtilitas respicit sp verũ honorẽ. iõ verus honor dei sp respicit verã hois vtilitatem.et ve ra hois vtilitas sp respicit verũ honorẽ dei.Et qr oia q ptinẽt ad honorẽ dei.ptinẽt ad suũ nomẽ.et suũ nomẽ exterius acqrit et cõstituitur ex oib9 opibus q ptinẽt ad honorẽ et laudẽ et gloriã.iõ etiã sequit q suũ nomẽ ex opibus extra se acquisitũ sp respicit vtilitatez hois vera.Qr em deus oia fecit pter hois vtilitatẽ. et cum nomen dei acqrat ex opibus q facit extra se. sequit q etiã suũ nomẽ ptinet ad hois vtilitatẽ.imo de tãto no mẽ dei acqsitũ magis ptinet ad vtilitatẽ hois.de quã-to suũ nomẽ excedit oẽs alias creaturas.Plus g profi cit plus valet et plus est vtile nomẽ dei hoi.qz oẽs crea ture simul.Et plus valet nomẽ dei qz oẽs creature. q nomẽ dei respicit deũ.et de directo et pncipaliter ad ip sum ptinet.et est magis ppinquum ei qz oẽs creature.

Nomen dei vtile est hoi.

Creature ergo et oia q de9 opat sunt et fiũt vt dei nomẽ cõstituat et acqrat.et postea ipm nomẽ dei cõstitutũ et acqsitũ.facit et causat totã vtilitatẽ hois.Si em de9 ni hil operaret extra se.nullũ nomẽ acquireret extra se. Quia ergo nomẽ dei respicit verã vtilitatẽ hois.et cuz vera vtilitas hois sit vt amet et timeat deũ.honoret et laudet et glificet eũ speret et cfidat i eo. credat et obedi-at ei.vt scz fiat et nascat in hoie amor dei .timor dei.et spes ei9 confidẽtia in deo et fides et obediẽtia et totali-ter hõ vniat deo.seqt q nomẽ dei acqsitũ ex suis opi-bus semp respicit ad ista supradicta.s.vt p nomen dei generet in hoie amor dei et timor dei.spes et cõfidẽtia fides et obediẽtia.Ideo hoc sequit q totaliter dz eẽ no mẽ dei extra se cõstitutũ et acqsitũ vt possit causare i hoie et gnare amorẽ.timorẽ.spẽ.cõfidentiam.fidem et obediẽtiã.Igit qcqd ptinet ad nomẽ dei.ptinet ad u

moré vel amoré vel spem vel cōfidentiā ⁊c. Et etiā no-
mē dei acq̄situ. dz esse nomē amoris timoris spei. ɔfidē
tie. fidei. ⁊ obediētie. honoris. laudis ⁊ glie. ⁊ sit ꝓpor-
tionatū ⁊ cōueniēs hoi ad eius vtilitatez. Et iō vt no-
mē dei cōuenietissime ⁊ cōgruētissime cōstituat ad ve
ram hois vtilitatē. cōuenit ꝙ deus faciat opa amoris.
opa timoris. opa fidei et fidelitatis. opa spei cōfidētie
⁊ obediētie. opa honoris. laudis ⁊ glorie. Et ideo cōue Nomē oi
nit deo vt faciat extra se opa oipotentie vt acq̄rat no- potentis
mē oipotētis. vt ꝑ hoc nomē timor dei generet in hoi Domini.
bus. Cōuenit etiam vt faciat opa ꝑ q̄ acq̄rat hoc nomē
dn̄s extra se. vt ꝑ hoc nomē generet timor in hoibus.
Cōuenit etiā vt faciat opera iusticie ⁊ iudicij. vt acq̄- Iusti.
rat nomen iusti ⁊ iudicis. vt etiaz ꝑ hoc nomē generet
timor in hoib9. Conuenit ēt vt faciat opa exteri9 opa
summe bonitatis. vt acquirat exterius hoc nomen bo- Boni.
nus. vt per hoc nomen generetur amor in hominib9.
Conuenit etiā vt faciat opera summe sapientie extra
se. vt acq̄rat nomē sapiētis extra se ⁊ summe sapiētis.
vt sic laudet ab hoib9. Cōuenit etiā vt faciat opa ꝑ que Sapien-
acq̄rat nomē ⁊ famā. exteri9 vt scʒ sit ⁊ noiet veraciter tis.
fidelis ⁊ verus ⁊ pius. misericors ⁊ benign9. scūs. ami
cus adiutor. saluator. ꝓtector. vt sic ꝑ hec noia genere
tur in hoib9 spes. cōfidētia ⁊ fides in eū. Sic ergo cō-
uenit vt ex multis opationib9 acq̄rat de9 multa noia. Illa noiā
⁊ ex mltis noib9 ɔstituat ⁊ itegret vnū nomē dī magnū. excitant
gliosuz. laudabile. honorabile. magnificuz. famosum. hoiem.
admirabile amabile ⁊ timendū. Et hoc est summe vti
le homini. Unde qz volūtas non trahit nisi excitet iō
oportet ꝙ nomē dei exteri9 acquisitū sit tale ꝙ excitet
volutatē ⁊ excitet ad timorē ⁊ ad amorē ⁊c. Quis enim
deus ab eterno sit dn̄s oipotens. sapiens. iustus. ⁊ bo-
nus verax. fidelis. et sic de alijs. attamen hoc non est
manifestū nec notū exterius extra se. ⁊ iō qz res mani
festat exteri9 ꝑ opationes suas cōuenietissimū ē deuz
opari extra se opa ꝑ q̄ acquirat nomen et famā apud
hoies. vt sic cognoscat et nominetur ad honorē sui et
vtilitatē hoim. Deo eñ non est necesse habere exteri9
nomen nisi vt cognoscatur ab hominibus.

Quid intelligit ꝑ nomen dei acq̄sitū. Ti. cxciij.

VT aūt omnia clarius manifestent. conside
randum est quid intelligatur per nomen
dei acquisituz. Uñ nomē rei extra rē est. qz
non est ipsa res. sz repsentat ipaz rē. et sigt
et notificat. Per nomē āt dei exteri9 acq̄si
tū itelligit tota illa cognitio ⁊ tota illa noticia qz hz de

deo z acqritur.p illa opa q̄ operat̄ extra se. Vn̄ de⁹ n̄o cognoscit extra se nisi p opa q̄ apparēt z sūt manifesta. Tota ergo illa noticia q̄ acquirit̄ de deo ex opib⁹ vocatur nomē dei. Tātū em̄ cognoscit̄ de deo qn̄atū opera sua manifestāt. Per opa ergo q̄ de⁹ opat̄ extra se gn̄atur noticia de ipo in cordib⁹ hoim. siue estimatio siue reputatio seu fama z hoc est nomē dei acq̄situ apud hoies. Vn̄ nomē bonū acq̄situ est noticia seu fama siue estimatio seu reputatio cū laude z honore acq̄sita z gn̄ata in cordib⁹ hoim de aliquo sicut per 9triū malū nomē est noticia seu fama siue estimatio cū vitupe rio z cōtēptu acq̄sita de aliquo in cordib⁹ hoim. Tātū ergo habz aliq̄s de noie. quātū habet de fama z reputatione z estimatiōe in cordib⁹ alioꝝ. Et q̄ nulli⁹ ē reputatiōis z estimatiōis. nulli⁹ ē nois apud hoies nec alicui⁹ honoris. Tantū em̄ honorat̄ aliq̄s ab alijs. quātū cognoscitur reputat̄ z estimat̄ apud eos. Et q2 ista estimatio seu reputatio seu noticia pōt eē maior vel minor z crescere z diminui. ergo z honor etiā. Nomē ergo dei acq̄situ ē prima noticia seu estimatio seu reputatio gn̄ata de nouo in cordib⁹ hoim de deo p opa sua. Et tale nomē habet de⁹ apud hoies fm q̄ estimatur et reputat̄ ab eis z cognoscit̄. Et fm q̄ estimat̄ z reputatur ab hoib⁹ fm hoc honoratur ab eis. Et q2 talis noticia seu estimatio causatur per opera dei. ideo q̄ n̄o cognoscit opera dei nec cogitat inquātū dei sunt. nihil cognoscit de deo nec ip̄z estimat aliq̄d nec reputat. Et per 9n̄s deus nullius nominis nec fame nec honoris est apud illū. Et fm q̄ magis vel minus cognoscit opa dei aliq̄s inquātū dei sunt. fm hoc nomē dei crescit in illo. Et exinde seq̄tur q̄ loc⁹ z habitaculum nois dei in quo habitat est cor hois. Vn̄ nomē dei est extra deū. z ideo oportet q̄ habitet in aliquo loco. et nullus loc⁹ est in quo possit habitare nisi in corde hominis. iō cor hois est vas nois dei. Et q2 hoies multiplicātur z p 9n̄s corda eoꝝ. iō ēt nomē dei multiplicari pōt p corda hoim. Sz istud nomē q̄d manet z latet i corde ē occultū. z manifestat̄ exteri⁹ p aliud nomē sensibile audibile et visibile q̄d est vocale vel scriptū correspōdēs noi existēti in corde z rep̄ntās ip̄m exteri⁹ z significās. Et ēt honor occulti⁹ in corde z inuisibilis inclusus in noie occulto ipi⁹ cordis manifestat̄ exterius per aliū honorē visibilē. z talis honor qualis est inti⁹ in cor de talis rep̄ntat̄ extra p signū visibile. Oīa em̄ q̄ extra fiūt p hoiez. sūt signa eoꝝ q̄ fiūt i corde eius. Sicut em̄ de⁹ manifestat seip̄z z dat noticiā de seipo per

Loc⁹ nois dei est cor hominis.

opera ex

opera exteriora. ita hō extra manifestat nomē dei occultū. noticiā et estimationē occultā de deo p signū visibile. et ēt honorē occultū manifestat p honorē visibilē. Sic ergo duplex est nomē dei. scz occultū et visibile vnū int9 et aliō extra et ēt duplex honor. s. occult9 et visibilis vn9 interior alius exterior. Et ista noīa sūt apud hoīes et fiūt in ipis hoīb9 p opa dei cognita. inquātuz dei sunt. et ista duo noīa mēsurātur sm mēsurā cognitionis operū dei, qz tātū quātū opa dei cognoscuntur ab oīb9 tātū noticia de deo gnāt in hoīb9. et tāta estimatio et reputatio gnāt de deo in ipis et tāta quāta est noticia estimatio et reputatio de deo in hoīb9. tātum noīatur extra p vocē et tal9 est honor exterior. Sic ergo nomē vocale exteri9 mēsuratur sm mēsurā noticie et estimationis seu reputatiōis interioris et ipsa noticia seu estimatio mēsurat sm mēsurā cognitiōis operū dei inquātū dei sunt. Et iō qz opa dei inquātū dei sunt nō eqliter cognoscūtur ab oīb9. iō nō est in oīb9 eqlis noticia. seu estimatio seu reputatio de deo. nec p ɔns eqliter noīant exteri9 ab oīb9. Ista ergo sūt inter se ordinata nomē vocale exteri9. noticia seu estimatio interior. et cognitio operū dei mēsurat sm maiorē vel minor capacitatem hoīs. et sm maiorē vel minorez familiaritatē hoīs. et exercitiū circa opera dei cognoscēda. sz ipa opa mēsuratur. vel p cognitiōez ipoz operū itra se vel p cōparationē ad hoīnē. ppter quē fiūt. vt p compatione ad ptātē et sapiētiā et bonitatē dei vn pcedūt. Radix ergo et fundamētū et origo nominis dei acqsiti et noticie seu estimatiōis q fiūt de deo sūt opa dei ergo ipa opa dei portāt in seipis et includūt radicaliter et fudamētaliter et originalr nomē dei exterius acqsitū et honorē et laudē. gloriā et famā suā. Et iō quāta sunt opa dei tm̄ est nomē suū. et tātus est honor su9 et laus sua et glia et fama sua veraciter et radicaliter et in se et de se. Et possum9 ponere nomen dei trib9 modis. Pmo mō i ipis opib9. Et isto mō nomē ē sibi acqsitū veraciter et de debito statī dū opa fcā sunt. et ēt honor laus et glia. qz semp ipa opa portat secū nomē dei. laudē gliaz et honorē. et nomē et laus. glia et honor. semp cōsequūtur opa dei. Et iō ipa opera dei semp sūt plena laude honore et glia dei et laudis ei9 plena est terra. et oēs creature q sūt opa dei sunt plene honore laude et glia dei. et portāt in seipis semp nomē dei et suū honorē laudē gliaz et famā. Et istud nomē est imortale et ppetuū. et ēt honor laus glia et fama qz postq semel sūt semper manent. et nunq destruūtur sed semper viuūt

Duplex ē nomē dei

Nomē dei n. opib9.

Et istud est pmū nomē dei acqsitū. & pmꝰ honor & prima laus. Deinde ipa opa dei plena honore laude & gloria sua & noie intrant cor hois & cognoscunt ab hoie. & veniūt ad eiꝰ noticiā & tūc portant in corde hois & relinquūt in eo noticiā & similitudinē dei seu vestigium cū honore laude & gloria. eo qr sunt plene sua similitudine & noticia eiꝰ honore. laude & gloria. & iō dāt illud qd habent in seipsis. Et sic ipsa dei opera cognita vt dei sunt. causant & faciūt i hoie noticiā estimationē & reputationē de deo a quo pcedūt & hoc cū honore laude & gloria & bona fama. Et hoc ē scdm nomen dei acqsitū in cordibꝰ hoim Deinde sequit tertiū nomē qd est sensibile. visibile & audibile i voce vel i scripto. Et istud nomē est signū ordinatū ad placitū ad significādū & repsentādū scdm nomē & etiā primum Et istud nomē magis est signū nominis sit nomen sed inquātū significat & repsētat verū nomē dicitur nomē dei. ¶ Ecce ergo tria nomina. Primū nomen acquisitū est qd sedet in oibꝰ opibꝰ dei. & est fixū & pmanens & imutabile. & nō pōt deleri. & solū semel gnatum est cū ipis opibus. Sed scdm nomē qd habitat in cordibꝰ hoim quis sit fixū & permanens. attn pōt deleri de cordibꝰ hoim. & quotidie de nouo gnat & multiplicat fm hoies multiplicātur. & est idē apud oēs hoies. sed variatur fm magis & minꝰ. & fz magis vel minus crescit. Sz tertiū nomē est audibile vt scriptū nō est idē apud oēs hoies. sed variatur fm diuersitatē linguarū & idiomatū. Et sicut dictū est de noie. ita dici pōt de honore. laude & glia. Nomē ergo dei laus honor & glia quasi dormiūt in ipis opibꝰ. & quasi fūt in potētia & nōdū actuata. sed postea dū ipa opera intrat cor hois & cognoscūtur. tunc ipm nomē laus honor & gloria que ibi dormiebāt excitātur & euigilant & actuātur. & vltimo p sensibile signū exteriꝰ manifestātur. Et sic hō quodāmō viuificat nomē dei & suū honorē & laudē. gloriā & famā suā. Apparet igit & declaratū est quid intelligitur p nomē dei acqsitum sibi de nouo & inquo fundat radicaliter. Aliud aūt nomē habet deus ab eterno. qd nō est acqsitū ab opibꝰ & hoc est hoc nomē esse. qr deꝰ est ipm esse. Et hoc ē primū nomē in quo includūtur oia noia. & clauditur omē nomē. vt declaratū est in pricipio libri in capitulo de eē. Et sic deꝰ ab eterno in seipo absq mūdo & creaturis habet nomē vle in quo ptinet oē nomē. Et sicut i hoc noie eē ptinet omē nomē. ita in nomine dei acquisito continetur omnis honor. omnis laus gloria et fama.

Nomē dī i cordehominis.

Nomē dī in voce vl' scripto

Epilogat de triplici nomine.

Nomē dī dormit.

Nomē dī eternum.

Tit. ix. &c.

¶ Q[uod] noticia de deo acq[ui]sita per opera ei[us] in hominibus habet multos grad[us]. & etiã nomẽ ei[us]. Ti.cxciiij.

Quoniã autẽ op[er]a dei sunt radix & fundamẽtũ noticie que de deo acq[ui]ritur in hominib[us]. ideo q[uia] op[er]a dei habent gradus intra se. s[ecundu]m hoc etiã noticia que acq[ui]ritur i[n] hoie de deo p[er] opera ei[us] habet grad[us]. Unde quedã sunt opera dei que multũ distant ab hoie. quedã p[ro]pinqua homini. & quedã opera sunt & fiunt extra hoiem. & quedã sunt & fiunt in homine. et illa que fiunt in hoie. quedã fiunt in corpore. q[ui]dam in anima. & etiã quedã sunt opera dei magis familiaria homini & quedã min[us]. Et sic op[er]a dei non habẽt se equaliter ad hoiem in quo debet generari noticia de deo. & per c[on]seq[ue]ns noticia seu cognitio generata de deo in corde hois per op era dei nõ est equalis sed habet multos gradus. Unde maior est noticia que acquiritur de deo per op[er]a dei q[ue] sunt p[ro]pinqua homini. q[uam] per opera dei q[ue] multũ distãt ab hoie. Et etiã maior est cognitio q[ue] est g[e]n[er]ata de deo in hoie. p[er] op[er]a q[ue] sunt in hoie q[uam] per illa q[ue] sunt extra hoiez & per op[er]a dei q[ue] fiũt i[n] hoie q[uam] per illa q[ue] fiũt extra hoiez. & ẽt maior est cognitio generata de deo in hoie per illa que sunt in a[n]i[m]a. q[uam] p[er] illa que sunt in corpe. Et q[uia] nullũ op[us] dei est magis p[ro]pinquum ipi hoi q[uam] ipemet sibi q[uia] opus est dei. ideo noticia g[e]n[er]ata de deo in hoie per cognitionẽ suip[s]ius. q[ue] ẽ op[us] dei. est maior oim. Et sic hõ dũ cognoscit seip[su]m inquãtũ est op[us] dei magis cognoscit & magis videt de deo. q[uam] dũ cognoscit pecus q[uod] etiã est op[us] dei. Et q[uia] oẽ opus dei inquãtũ dei est portat suã noticiã suũ nomẽ & suũ honorẽ. suã laudẽ & suã gl[or]iaz & op[er]a maiora & digniora portãt mai[us] nomẽ maiorẽ laudẽ & gl[or]iaz. ideo cum hõ sit maius op[us] dei inter oẽs creaturas manifestas. seq[ui]tur q[uod] hõ dũ cognoscit seip[su]m inquãtũ est op[us] dei magis estimat de deo & magis reputat & mai[us] nomẽ & maiorẽ laudẽ & gloriã sibi dat. q[uam] q[ua]n[do] cognoscit alia opera. Et ista noticia acquisita de deo per cognitionem hois. in quantũ est opus dei potest esse maior vel minor s[ecundu]m q[uod] homo magis vel minus cognoscit & videt seipuz. Preterea quedã sunt opera dei que fiunt circa illa q[ue] sunt extra hominẽ sc[ilicet] in a[li]is creaturis. & alia sunt opera q[ue] fiũt in ipomet hoie & circa ip[su]z hoiez. Et magis cognoscit hõ deuz per opera que fiunt in homine. q[uam] per illa que fiunt extra hominẽ. Itẽ quedã sunt op[er]a dei. que omnis homo potest videre per experiẽtiã. & alia sunt que nõ videt nisi per testimoniũ aliorũ qui dixerunt

¶ Noticia de deo ẽ i[n]equalis.

¶ Maior cognitio de deo.

ꝛ viderunt. Et certius ꝛ magis cognoscit homo deus ꝑ opera que videt ꝛ percipit per experientiā ꝙ ꝑ opera que cognoscit ꝑ testimoniū alioꝝ. Itē q꞉ nihil magis cognoscit homo ꝙ illud qđ sentit ꝛ videt per experientiam. ideo noticia generata de deo per opera dei que homo videt ꝑ experientiā. tenet vltimū gradū cognitionis ꝑ opera sua. Et iste hꝫ duos gradus. q꞉ aliqñ hō videt ꝑ experientiā opera que deus operaꝛ circa aliū hoīem. vel circa aliā rē extra se. aliqñ videt et sentit ꝑ experientiā opera que de⁹ operaꝛ circa seipm̄ singulariter. Et iste est vltim⁹ gradus cognitionis per experientiā. ꝛ iste est certissimus. solidissim⁹ et firmissim⁹ qui semper manet. ꝛ ibi est cōplemētum cognitionis. Unā ista noticia nō pōt esse nisi in vno hoīe. nec potest alicui cōicari. q꞉ nullus homo pōt totaliter percipere nec sentire illa que fiūt circa seipm̄ sicut ip̄semet homo. Pōt em̄ quilibet hō cognoscere ꝑ experiētiam opera que fiūt circa alios extra se. sed non sentire sicut illa q̄ fiunt circa seipm̄. sed magis cognoscit que fiunt circa seipm̄ circa ꝙ alios. immo nullus alius pōt sentire illa que fiūt circa seipm̄ nisi ip̄e solus. Sic ergo cognitio ꝑ experientiā hꝫ duos gradus. Et q꞉ ꝑ opera dei cognita generaꝛ noticia de deo in hoīe. ꝛ ideo cognitio quā homo hꝫ de operib⁹ que fiūt circa ip̄m est vltima. maxima ꝛ firmissima. ꝛ solidissima ꝛ certissima. iō seq̄tur ꝙ cognitio seu noticia seu estimatio acq̄sita de deo in hoīe ꝑ opera dei que fiūt circa ip̄m singulariter. est vltima. maxima. firmissima. solidissima et certissima. et donec homo cognoscat deū ꝑ talia opera. non hꝫ verā certitudinē nec securitatē de deo. nec vere deum honorat nec glīficat nec cognoscit nec amat nec timet. Si ꝗ bonū est hoī hr̄e verā noticiā de deo. bonū est. ergo ei ꝙ deus opereꝛ in ip̄o ꝛ circa ip̄m. Et quāto plus operabitur deus circa ip̄m singulariter. tanto maioꝛē acquiret de deo noticiā ꝑ experiētiā. Et ideo sequiꝛ ꝙ ſm ꝙ deus multis modis operaꝛ circa ip̄m hoīem. ſm hoc homo diuersimode noiat deū. Aliqñ em̄ nominat ꝛ dicit ꝛ cognoscit ꝑ experientiā deum esse potentē. qñ scꝫ sentit circa seipm̄ opera potētie dei. Aliqñ noiat ip̄m sapientē. aliqñ piūm. aliqñ bonū. aliqñ misericordem ꝛ benignū ſm ꝙ diuersimode sentit operari deū circa seipm̄. Et tūc hō acq̄rit certissimā noticiā de deo cum laude glīa ꝛ honoꝛe. ꝛ hoc mō quilibet hō dat magnū nomē ꝑpter opera singularia. que operaꝛ de⁹ in quolibet. Et sic de⁹ acquirit nomē multipliciter. Primo scꝫ generaliter ꝛ cōiter ab oībus creaturis ex operibus

Duplex cognitio dei experimētalis.

Maxia cognitio dei experimētalis.

Hō diuersimode nominat deum.

Deus acq̄rit multiplex nomen.

vniuersalibus que sunt cōia creaturis. Scđo modo acquirit nomē specialiter ꝛ singulariter in quolibꝫ hoie quādo operat̄ singulariter ꝛ secrete in aliquo hoie. et ideo noticia dei ꝛ suū nomē multiplicat̄ ꝛ crescit i hominibus ꝑ talia opera. ꝛ ꝑm ꝙ magis vel minus operatur circa quēlibet ꝑm hoc noticia ꝛ suū nomen crescit in quolibet. Et hoc est vere cognoscere deum. sentire opera sua circa seipm ꝑ experientiā. Itē magis sentit homo ꝑ experientiaꝫ opera q̄ deus operat̄ circa aiam q̄ circa corp⁹. qꝛ aia que cognoscit magis est ꝓpinqua sibiipsi q̄ corpus. ꝛ ideo maioꝛ et magis acquirit̄ noticia de deo in hoie ꝑ opera que operat̄ circa suā aiam q̄ circa ipm corpus. ꝛ in illis operib⁹ est vltimus finis ꝛ vltima certitudo de deo ꝑ opera. Ecce ergo qualiter noticia acquisita de deo ꝑ experiētiam ꝑ opa que hō videt ꝑ experientiā hꝫ multos gradus. Primus grad⁹ est ꝑ opa que homo videt extra se in aliis. Scđs grad⁹ est per opa que homo sentit in proprio corpe suo fieri. Tertius gradus est ꝑ opera que homo sentit et ꝑcipit circa suā aiam. Et oīa ista pertinēt ad nomē dei et ad laudem ꝛ gloriā ꝛ honoreꝫ. ꝛ ad suā famā. Sic ergo ꝑm ꝙ opa dei sunt cōia ꝛ vniuersalia oībus vel plurib⁹ vel singularia ꝛ secreta. ꝑm hoc acquiritur de deo noticia cōis vel singularis ꝛ maioꝛ vel minoꝛ. Et hō pōt cognoscere deū ꝑ creaturas extra se inquantū sunt opa dei. ꝛ ꝑ seipꝫ inqātū est op⁹ dei. Et ꝑ opa que operat̄ extra se in aliis hoibus et creaturis. Et per opa que operat̄ circa seipm tā circa aiam q̄ circa corpus. Et ꝑ ꝯsimultis modis pōt ipm laudare glificare magnificare ꝛ honorificare ꝛ ei famā dare. Patꝫ ergo ꝙ noticia de deo acquisita ꝑ opa eius in hoibus. hꝫ multos gradus. Et per ꝯñs reputatio ꝛ estimatio de deo est maioꝛ vel minoꝛ in cordibus hoim. ꝛ hꝫ multos gradus. nec est eq̄lis apud oēs. Et exinde sequit̄ ꝙ cū ꝑm maiorē vel minorē reputationē seu estimationē detur honoꝛ maioꝛ vel minoꝛ ꝛ etiā laus ꝛ glia ꝛ nomē. sequit̄ ꝙ ab oībus hominibus nō datur equaliter honoꝛ laus et gloria ꝛ nomen interius et exterius.

Epilogat de gradibus experimentalibus noticie dei.

De obligatione hoīs erga honorē dei ꝛ laudē ꝛ gloriam. ꝛ nomē suū. Titulus. cxcv.

Quoniā iam manifestū est ꝙ oīa que deus operatur extra se in creaturis, operat̄ ad suū honorē laudē ꝛ gl'am ꝛ nomē. ꝛ etiam dictū est ꝙ honoꝛ laus ꝛ glia ꝛ nomen dei acq̄rit ꝛ generat̄ ꝛ crescit ꝑ opa bñ facta ꝛ opa creaturaꝝ. ꝛ qꝛ hō q̄ est creatura nobilioꝛ dei q̄ sit Primo.

in mūdo pōt operari ꝛ hꝫ potestatē operādi. iō sequit ꝙ hō dꝫ ꝛ obligat opari oia opa sua q̄ facit ꝑpter honorē laudē ꝛ gl'iam ꝛ nomen dei. ꝛ ad hoc dꝫ dirigere oia opa sua. vt scꝫ ꝑ opera sua sequat honor dei laus ꝛ gl'ia ꝛ nomē dei. Ulteri⁹ sequit ꝙ hō dꝫ ꝛ tenet solū q̄n

Scdo. tuꝫ pōt velle ꝛ laborare vt suū nomē fiat crescat ꝛ multiplicetur inquātū fieri poterit. Et qꝛ ꝑ opa hois bn̄ facta. sequit gn̄atur ꝛ fit maior laus maior gl'ia. ꝛ maius nomē. q̄ per opa aliarū creaturarū cū hō sit nobilior creatura. sequit ꝙ non solū hō dꝫ ꝛ obligat facere oia opa sua ꝑpter honorē dei vt dictū est. sꝫ etiā tenet ꝛ dꝫ tm̄ opari quātū poterit ꝛ multiplicare opa sua ꝛ meliori mō quo poterit opari. Et in hoc dꝫ cōtinue ꝛ incessanter studere ꝛ oēm diligentiā apponere ad hoc vt ꝑ opera sua honor dei. laus. gl'ia fama ꝛ nomē crescāt ꝛ multiplicētur. quātū fieri poterit. Et nō solū hoc tenetur facere. sꝫ ꝛ velle ꝛ laborare vt in oibus reb⁹. in oib⁹ hoibus. ꝛ in oibus operib⁹ honor dei. laus gl'ia nomē ꝛ fama fiāt crescāt ꝛ multiplicent quātū fieri poterit. Aliter si hō facit ꝯrium oim supradictoꝝ. sequit ꝙ hō nō operat vt creatura dei. nec vt opus dei nec vt hō. imo operat cōtra deū ꝛ ꝯ intentionē dei totalr. ꝛ ꝯ ordinationē diuinā. ꝛ ꝯ finē ad quem facta sunt oia. Et qꝛ

Tercio. honor dei semp est cū vtilitate. nec pñt separari honor dei ꝛ vtilitas. ꝛ vbi maior honor dei. ibi maior vtilitas ꝛ qꝛ etiā tota vtilitas est hois ꝛ nō dei. sequit ꝙ q̄n hō operat ad honoreꝫ laudē. ꝛ gl'iam dei ꝛ ipse operatur ad suā vtilitatē. ꝛ ꝙ quāto magis hō laborat vt honor dei crescat ꝛ multiplicet. tāto etiā magis laborat vt sua ꝓpria vtilitas crescat ꝛ multiplicet. Itē qꝛ hō dꝫ ꝛ obli

Quarto. gatur amare honorē dei ꝛ laborare vt crescat ꝛ multiplicetur inquātū fieri poterit. sequit ꝙ hō obligat ponere totū seipm ꝛ totā vitā suā ꝛ dare vitā suā et oia q̄ hꝫ ad honorē dei laudē ꝛ gl'iam. Et ꝑ ꝯñs ꝙ q̄n hō dat vitā suā ꝛ q̄cq̄d hꝫ ad honorē dei. ꝙ tūc facit maximā suā vtilitatē. qꝛ tūc laborat quantū pōt vsqꝫ ad vltimū de potētia ad dei honorē. Qꝛ non pōt magis laborare ad dei honorē. q̄ dare vitā suā ꝓ illo. ꝛ iō hoc est summa vtilitas summū cōmodū ꝛ lucrū hois. Et iō sequit ꝙ hō nihil ꝑdit. sꝫ summe lucrat dū vitam suā dat ad

Quinto. honorē dei. ꝛ ideo nō perdit vitā. Preterea etiā sequitur ꝛ cōcludit ꝙ hō dꝫ ꝛ obligat ꝛ tenet credere de deo ꝛ cōfiteri ꝛ attribuere ꝛ dicere de ipō oia illa q̄ pertinēt ad suū honorē ad suā laudē ad suā gl'iam. ꝛ ad suū nomē. ꝛ famā suā. ꝛ magis illa q̄ pertinēt ad maiorem laudem ad maiorem honorem ꝛ ad maiorem gl'iam. q̄

illa que pertinent ad minorem.

¶ Q oia que põt homo vel dz dare deo reducũtur ad honorem ⁊ quicq̃d facit homo deo. semꝑ ipm honorat vel inhonorat seu cõtemnit vel iniuriatur.

¶ Titulus.cxcvj.

Quoniã aũt iam declaratũ est q oia q̃ de⁹ facit extra se. facit ꝓpter suũ honorẽ. ⁊ q oia que deo pertinẽt extra se. pertinẽt ad suũ honorẽ. qr honor respicit ⁊ cõprehendit totũ statũ dei extra se. ⁊ qr hõ põt ⁊ dz ⁊ tenetur reddere deo ⁊ dare plura vt ꝓbatũ est. ⁊ oia que hõ põt facere deo ⁊ reddere sunt extra deũ. iõ seqtur q oia debita que hõ põt ⁊ debet dare deo reducũtur ⁊ pertiuẽt ad honorẽ dei. Et qr oia que respiciunt deũ exterius respiciunt ⁊ pertinent ad suũ honorẽ. vel ad cõtrarium sui honoris. scꝫ adinhonoratiõnẽ seu cõtemptũ ⁊ iniuriã. ideo quicquid hõ faciat deo semper ipm honorat vel inhonorat. Cum eñ honorare ⁊ inhonorare cõtrarientur inter se. ⁊ oia que fiũt exterius extra deũ debent fieri ad suũ honorẽ. sequit̃ q si nõ fiunt ad suũ honorẽ. q fiũt cõtra suũ honorem. Et per cõsequens hõ deũ semper honorat vel inhonorat. Et ideo sequitur q oia ista debita que hõ debet deo. scꝫ amor. timor. laus. honor. ⁊ glia. obediẽtia. spes. fides. ⁊ credulitas ⁊ cõfidẽtia reducunt̃ ⁊ pertinẽt ad honorẽ dei. et opposita istorũ sunt cõtra honorẽ dei. Et iõ qui amat deũ primo. honorat ipm. ⁊ qui nõ amat ipm primo inhonorat ipm. Et qui amat deũ ⁊ nõ amat eũ primo inhonorat ipm. qr est primo amandus. Et si nõ amat̃ qd primo amãdũ ẽ. iniuria ⁊ cõtẽpt⁹ ẽ. Et q̃ timet deũ primo honorat ipm. ⁊ q̃ nõ timet inhonorat ⁊ qui obedit deo rat ipm. ⁊ q̃ nõ obedit ihonorat. Et q̃ sperat i deo ipm honorat. ⁊ q̃ nõ sperat in deo ipm inhonorat. Et q̃ cõfidit in deo honorat ipm ⁊ q̃ nõ cõfidit inhonorat. Et q̃ credit ⁊ dat fidem deo ipm honorat. ⁊ qui nõ credit ei ipm inhonorat. ⁊ q̃ nõ credit deo primo ꝫ totalit̃. etiã ipm inhonorat. Sic ergo amare deũ primo timere deũ primo glificare ⁊ laudare deũ primo. obedire deo primo. sperare in deũ primo. et cõfidere in deo primo. ⁊ credere deo primo. hoc est honorare deum. Sed nõ amare deũ primo. nõ timere deum primo. nõ obedire deo primo. nõ laudare nõ sperare in deo primo. nõ confidere in deo primo. nõ credere deo primo. hoc est deum inhonorare cõtemnere et iniuriare. Et sic oia que deo dãtur ꝑ hoiem reducũtur ad honorare vel inhonorare deũ ⁊ cõtẽnere. vel iiuriari. Et sic honorare deũ vel ihonorare

Ti. clxxxj ⁊ titu. clxxij.

Titu. primo.

Oia redu cũtur in honorem dei vel cõtra.

re.omnia claudunt.Et qꝛ honorare deum et inhonorare opponunt.ideo sicut nullū maius bonū pōt facere hō ꝙ̄ honorare deū:ita nullū peius malū pōt facere hō ꝙ̄ deū inhonorare.Et sicut nihil maiꝰ pōt eē extra deū ꝙ̄ honor dei.sic nihil peius pōt esse extra deū ꝙ̄ inhonoratio dei seu iniuria dei.Sic ꝙ̄ soluere τ reddere deo debitū est ipm̄ honorare:τ non soluere neq̄ reddere est ipm̄ inhonorare τ contēnere et iniuriari. Studere ergo dꝫ hō diligētissime vt diligat deū τ reddat τ soluat deo qđ dꝫ.Unñ qꝛ deus vult suū honorē:qꝛ ꝓpter illū fecit oīa:et oīa que hō dꝫ facere et reddere deo ꝑtinent ad eius honorē.sequit ꝙ deus vult ꝙ hō reddat deo qđ dꝫ:τ nihil pōt velle ꝯ suū honorem.

¶De mltiplicatiōe honoris τ iniurie. Ti.cxcvij.

Uia aūt oīs creatura facta est ad honorē dei:τ respicit honorē dei:et ꝑtinet ad honorē dei:τ etiā respicit deū quodāmodo.ideo honor dei respicit honorē oīm creaturarū:τ iniuria dei respicit iniuriā oīm creaturarū.Et ideo qñ honorat deus honorant oīa ꝙ̄ dei sunt.s.oēs creature.Et qñ deus inhonorat τ cōtēnitur seu iniuriat:etiā iniuriant τ ꝯtēnunt et inhonorant oēs creature.Et sic in ihonorare deū includunt infinite inhonorationes.τ in iniuria dei includunt infinite iniurie simul τ semel.Et sic nihil ita cito crescit τ multiplicat sicut honor τ iniuria:qꝛ honor vniꝰ ē honor infinitorꝫ:τ iniuria vniꝰ est simul τ semel est iniuria infinitorꝫ.Qui ergo honorat deū honorat oēs creaturas.τ qui iniuriat deū simul et semel iniuriat omēs creaturas.sicut qui iniuriat regem iniuriat omnes de regno simul τ semel.

Peccās inhonorat deum in infinitum.

¶De honore ꝓprio ꝙ̄ est cōtrarius honori dei tanꝙ̄ eius capitalis inimicus. Titulus.cxcviij.

Titu.xcv.

Uoniā iā probatū est ꝙ hō debeat facere oīa opa sua ad honorē dei:τ tenet laborare quātū pōt:vt honor dei:laus:glīa:τ fama τ nomē crescāt τ multiplicent quātū fieri poterit tam in seipso ꝙ̄ in oībus alijs.aliter si nō faciat hoc tūc hō nō opatur vt creatura dei nec vt opus dei:imo facit ꝯtra deū τ ꝯtra intētionē totalē eiꝰ τ ꝯtra suā ordinationē:ꝙ̄uis hoc sit magnū malū.Sꝫ tñ peius est si opetur oīa et faciat hō ꝙ̄ facit ad suū ꝓpriū honorē τ ad suā ꝓpriā laudē τ gloriā.τ ad acquirendū sibiipsi nomē τ famam.τ ad hoc studeat τ laboret vt honor suus ꝓprius.laus gloria τ fama et nomē fiant crescāt τ multiplicent:qꝛ tūc hō studet τ laborat

de directo cõtra deū.immo nihil magis est cõtra deū nihil magis repugnat deo. nihil magis inimicatur deo q̄ talis honor proprius:talis laus:talis gloria:et fama. quia contrariatur et inimicatur de directo honori dei et sue laudi et glorie.et statui toti diuino extra se qui consistit in laude in gloria et in honore.quia deus omnia fecit propter suum honorē.et soli deo debetur laus et gloria.et hoc est sibi propriū:quia tūc hō facit per seipm suū stratū sicut deus.se paratus et diuisus a deo et cōtra deū:et tollit rapit et furatur id qd est propriū deo.Et ideo sequitur q nullo modo hō pōt esse maior inimicus eius visibilis et manifestus.nullo mō pōt magis iniuriare et inhonorare deū: q̄ qn studet et laborat et facit oia ad suū propriū honorē et suā gloriā et laudem propriā.Et sic patet qualiter hō subito pōt effici inimicus dei capitalis:volēdo propriū honorē et laudē et gloriā.et qualiter subito facit guerrā inter deū et hoiem.et maxima inimicicia et maxima diuisio et discordia fit propter propriū honorē laudē et gloriam:quia hoc est de directo ire contra intentionē dei.contra cor dei.et contra fundamentū dei.et tāgere cor ipsius dei.et contra totū ordinē vniuersi.Et per oppositis sequitur q per nihil magis hō pōt cognoscere manifeste et experimētaliter et infallibiliter q ipse vadit contra deū:et q iniuriet ipm:et q sit contra ipm:q̄ p propriū honorē:laudē et gloriā:et quia nihil magis experimentaliter visibiliter ad oculū manifestat iniuriā dei et offensas: et inimiciciā dei q̄ proprius honor:et nihil magis et nihil facilius hō sentit et videt in seipso q̄ propriū honorem et propriā laudē.Ergo per propriū honorē et laudem et gloriam:tanq̄ per illud qd est summe sibi familiare oia potest cognoscere et iudicare experimentaliter:quia nihil magis est manifestū hoibus q̄ honor laus et gloria.Et ideo sicut per duos amores supius dictos oia poterāt probari.ita similiter per duos honores.Unde dictū fuit in tractatu de amore q duo amores.s.amor dei et amor suipsius erant due porte et due prime radices ad intelligendum omnia.ita similiter duo honores.s.honor dei et honor proprius sunt due porte ad intelligendū oia.Uñ magis sunt manifestiores isti duo honores q̄ duo amores:quia magis manifestus est honor q̄ amor.Et ideo probare p honorem est magis manifestū q̄ probare p amorē. Sicut aūt omnia bona reducebantur ad dei amorē:et ab ipso oriebantur.et oia mala reducebātur ad propriū amorē et priuatū et ab ipso oriebantur.ita oia bona reducuntur ad honorē dei:et ab ipso oriuntur magis manifeste et oia mala reducantur ad honorē propriū et priuatū:et ab ipso oriuntur magis manifeste.Quāuis aūt oia oriantur a duobus amo-

Titulo clxxxj.
Titulo clxxxix.
Subito efficitur quis inimicus dei.
Titulo cxxxvij.
Ti.cxlij.
Ti.cxlj.

ribus:nõ tñ ita:manifeste.sicut a duobus honoribus: ꝛ tñ ip̃si duo honores oriunt a duobus amorib9 vt di-ctum est:quia sunt due prime radices.

Ti.clxxx) ¶ Declaratio ad oculũ qualr hõ ꝑ honorẽ ꝓpriũ est ꝛ fit verus ꝛ rect9 inimicus dei. Titulus.cxcix.

Quoniã aũt supius iã tractatũ est de hono-re dei ꝛ laude ꝛ glã ꝛ fama ꝛ noie suo quã-liter.s. fit qualr gñat ꝛ qualr crescit in cor-

Ti.ccxiij dibus hoim.vñ dictũ est ꝙ corda hominuꝫ debent impleri de cognitiõe dei.et ad hoc facta sunt vt fama dei ꝛ nomẽ dei habitent in cordib9 hoim:vt.s.hoies cognoscẽdo deũ per opa sua habeãt de deo bonã estimationẽ:bonã reputationẽ:ꝛ opinio-nem.ꝛ per ꝯñs ipm honorẽt:laudent:ꝛ magnificent:et glorificent in cordib9 eoꝝ.sic ꝙ corda hoim debent eẽ vasa dei nois et honoris sui:ꝛ laudis sue. Sed hõ qui querit ꝓpriũ honorẽ:ꝓpriã laudẽ:ꝛ ꝓpriã gloriã:et fa-

Querẽs ꝓpriũ ho norẽ oc-cupat lo-cum dei. mam ipsemet ꝓmo occupat cor suũ circa suũmet ꝓpri-um honorẽ:ꝛ circa illũ ꝯtinue cogitat.ꝛ semꝑ vigilat ꝛ studet quõ honor ꝓprius fiat:crescat:multiplicet et ꝑ-maneat:ꝛ tñ deberet occupare cor suũ circa honorem dei:laudẽ:ꝛ gloriã ꝛ in ipso fieri cognitio de deo. Et sic cor suũ qđ est nois dei vas occupat circa honorẽ ꝓpri-um suũ:et tenet occupatũ de ꝓprio honore. Et in hoc facit deo maximã iniuriã:qr occupat sibi suũ ꝓpriũ lo-

Secũdo. cum ꝛ ponit illud qđ est ꝯ deũ intus in corde suo. Iteꝫ nõ solũ occupat nec tꝫ occupatũ ꝛ ipeditũ suuꝫ ꝓpriũ cor circa suũ ꝓpriuꝫ honorẽ:imo qđ pei9 est vult ꝙ corda alioꝝ hoiꝫ q̃ sunt vasa honoris dei ꝛ nois sui.occupent et repleãt de suo ꝓprio honore:de sua laude:fama et noie suo:ꝛ de sua estimatiõe ꝛ reputatiõe: ita ꝙ cogi-tent circa sua opa:circa suã famã:circa suũ nomẽ vt ip se cognoscat ꝛ reputet ab hoib9: ꝛ vult ꝙ suus honor: sua laus ꝛ gloria ꝛ suũ nomẽ:ꝛ sua fama: et reputatio sua diffundat:crescat ꝛ multiplicet:ꝛ habitet in cordi-bus hoim:ꝛ ꝑmaneat in eternũ:ꝛ ad hoc laborat quan tum põt. Vñ qui querit ꝓpriũ honoreꝫ:necessario vult ꝙ ille crescat ꝛ multiplicet:et nõ põt multiplicari nisi in ipsis hoibus:ꝛ sic corda hoim vult esse occupata cir ca facta sua cogitãda:ꝛ nõ circa dei facta. circa ꝓpriũ honorẽ:ꝛ nõ circa honorẽ dei:circa laudeꝫ ꝛ famã suã ꝛ circa nomẽ suũ magnificãdum ꝛ exaltãdũ,ꝛ honorã dum:ꝛ nõ circa honorẽ dei nec nomẽ.ꝛ vult tenere im pedita oia corda hoim.ꝛ seipm multiplicare in eis:et vult ꝙ imago sua multiplicet ꝛ imprimat in cordibus omniũ hominũ vt s. cogitent de ipso:et loquãtur de

ipso. Et sic vult totum mundum esse occupatum circa suum honorē. Et per ꝯñs vult deū expellere de regno suo: de habitaculo suo: et de domo sua ꝓpria. Ecce maxima inimicitia et manifesta cōtrarietas: grādissima iniuria: cōtra deū velle occupare: velle impedire omīa loca dei: oīa corda hoim: et ponere intus inimicū dei capitalē. s. honorē ꝓpriū: qui est cōtra deū. Ecce ergo qualiter ad oculū manifestat ꝙ hō qui querit ꝓpriū honorē fit verus et directus inimicus dei. Et hō si non querit honorē dei laudē gloriā et famā. querit suū honorē suā laudē gloriā et famā ꝓpriā. et si nō opat ad dei honorē. opat ad ꝓpriū honorē: nec est dare mediū. Jō hō necessario est semp amicꝰ vel inimicꝰ dei: semp est pro deo vel ꝯ deū: qr nō est dare mediū. Qui ḡ nō occupat nō laborat nō cogitat nō vigilat circa honorē: laudē: et gloriā: et famā dei. signū ē ꝙ occupat: cogitat: laborat: vigilat: studet circa ꝓpriū honorē: circa ꝓpriā laudem et gloriam. Et per cōsequens nō potest videre nec cogitare honorem dei et gloriā: qr iam excecatꝰ est per ꝓpriū honorem et ꝓpriam laudē. Cauere ergo debet se homo tanꝙ a mortalissimo veneno et subito interficiente a ꝓprio honore et ꝓpria laude et ḡlia et semper vigilare circa dei honorē laudē et gloriā. Ecce ergo videte ad oculū quō hō qui occupat et laborat circa ꝓpriū honorē. pdit totalr tps suū. videte qualr occupat circa vanitatē et nihilū. Videte quō est seruus et seruitor vanitatis et nihili. Videte qualr facit deū suū de vanitate et de nihilo. videte qualr exponit seipm̄ et quicq̄d hz et illa que dei sunt ad vanitatē et nihilū. videte quō vult tenere statū suū ꝯ dei honorē. et de his que dei sunt: et quō laborat circa īpossibile. Quia solus honor dei fiet et pmanebit. et oīa aliꝰ pibit et destruetur et ad nihilū reuertet. Quis pōt manutenere ꝓprium honorē suū nisi solus deꝰ ops. Que creatura pōt tenere honorē ꝓpriū: ꝯ honorē sui creatoris? Qualr opꝰ de nihilo factū poterit tenere ꝓpriū statū suū ꝯ statū et honorē sui opificis oīpotētis? Que maior stultitia: q̄ maior inordinatio: q̄ maior absurditas: q̄ maior cecitas quid magis ꝯ rōnē. quid magis ꝯ naturā ꝙ ꝙ opꝰ de nihilo factū q̄rat ꝓpriū honorē: ꝓpriā laudē et gloriā et ꝓpriā famā. ꝯ honorē et laudē sui creatoris et furet et rapiat gloriā sui creatoris: et ꝯstituat se inimicū capitalē sui factoris oīpotētis. Et quid magis ꝯ naturam ꝙ ꝙ opus specialr factū ad laudādū: honorādū: et glorificādū: et magnificādū suū factorē: laboret et studeat totis viribus ad laudandum. honorandum: glo-

Ꝓprius amor facit inimicum dei.

Ꝓprius honor excecat.

rificandum honorandum ꝛ magnificandum: ſeipſum in iniuriam ſui factoris?

¶Q: ſicut ad honore; dei ſequitur vtilitas hominis. ita ad honorem ꝓpriū ſequitur eius inutilitas ꝛ damnum. ¶Titulus cc.

Et qꝛ hō qui q̄rit honorē ſuū ꝓpriū. ſuā laudem gl'iam ꝛ famā ſuā ꝛ nomē ſuū. totalr eſt ꝯ deū. qꝛ de⁹ fecit oīa ꝛ ip̄ꝫ hoīem ꝓpt ſuū honorē ꝛ ſuā laudē ꝛ gl'iā. ſꝫ hō q̄rens ꝓpriū honorē facit oīa ꝓpter ſuūmet honorē ꝛ oīa reducit ad ſuūmet honorē. ꝛ ſeip̄m ꝛ totum mūdū. ꝛ oīa q̄ de⁹ fecit ad ſuū honorem. vult ꝙ ſeruiāt ſuo ꝓprio honori. ꝛ p ꝯn̄s ipſe ꝑuertit totū mūdū ꝛ totā ordinationē dei q̄ntū pōt ꝛ in eo ē. ꝛ facit aliā ordinationē ꝑuerſam ꝯ dei ordinatiōe;. ꝛ ordinat ſeipſu; ꝛ oēs creaturas ad aliū finē q̄ de⁹ ordinauit. ꝛ ad aliā itētionē ꝯriā itētioni dei. Et ſic hō tūc ē tot⁹ ꝑuerſus i ſeipō. ꝛ deo q̄ fecit oīa ꝯrius. ꝛ ꝑmutat⁹ in ꝯriū finem oīm creaturarū. ꝛ facit ſeip̄m alterū deū ꝓpria auctoritate. Et ſicut iā ꝓbatū eſt ꝙ ad honorē dei ſequit̄ vtilitas hoīs ꝛ ſp̄ cū dei honore ē ꝯiūcta, nec pōt ſeparari. ita neceſſe ē ꝙ ex ꝯrio honore ſequat̄ oppoſitū. ſcꝫ inutilitas. Et iō neceſſe eſt ꝙ ad honorē ꝓprium hoīs. ſcꝫ q̄n hō q̄rit honorē ꝓpriū ſeq̄tur inutilitas hoīs ꝛ dāpnū ꝛ incōmodu;. qꝛ iſti duo honores ſūt ꝯriī ꝛ inimici ad inuicē. ꝛ ex vno ſeq̄t̄ oīs vtilitas: ꝫ ex alio oꝫ ſeq̄ oīs inutilitas. Qꝛ; ꝫ iſte honor ē ꝑuerſus. ꝛ ꝑuertit totā ordiationē dei. neceſſe ē ꝙ ex ip̄o hoī ſeq̄t̄ inutilitas ꝛ dānū. Qꝛ eīn ſoli deo debetur honor et hoī vtilitas. iō ſi hō rapiat honorē ꝛ auferat deo q̄d ſuū eſt. neceſſe eſt ꝙ perdat vtilitatē ꝛ perdat quod ſuu; erat. ꝛ acquirat inutilitatem et dānum ꝛ totum peruertatur.

¶Collectio dānoꝝ ꝛ maloꝝ ꝛ inutilitatū. q̄ ſequūtur hoīem q̄n q̄rit ꝓpriū honorem. ¶Titu.ccj.

Ecce quot mala quot dāna ꝛ incōmoda q̄nta inutilitas ſequat̄ hoī ex ꝓprio honore ꝛ ꝓpria laude et propria gloria. Primū malū eſt qꝛ hō q̄ ē factura dei ꝛ op⁹ dei efficit̄ capitalis ꝛ formatus inimicus dei factoris ſui. Et q̄d pei⁹ hoī eſt q̄ ꝓpri⁹ honor ꝑ quē fit inimicus dei et ꝑ quē; deſtruit q̄ntū i eo eſt deū factorē ſuū. qꝛ deſtruit intētionē ſuā ſuū honorē ꝛ p ꝯn̄s elongat ſeipſum a deo in infinitū. qꝛ tātū diſtat a deo q̄ntū ſua intētiōe elōgat̄ ab intentiōe dei. Et qꝛ hō intendit ꝓpriū honorē ꝛ deus ſuū. q̄ in ſummo elōgant̄ et diſtāt inter ſe. iō totalr tūc hō diſtat a deo et elongat̄. Et qꝛ

Margin notes: Honor ꝓpri⁹ ꝑuertit totum mundū. — Ti.clxxxv. — Primo. — Ti.cxcix.

de⁹ est totū bonū hōis. ⁊ totū bonū hōis ē φ hō cōiūgatur ⁊ vniat cū deo. iō q̄ntū elōgat se a deo tātū elongat se a bono suo. Itē aliud malū. Post q̄ hō elōgat a bono suo in infinitū necesse ē φ appropinq̄t suo malo. ⁊ φ cadat in tm̄ ꝓfundū maluꝫ q̄ntuꝫ de⁹ est altuꝫ bonū. Et iō necesse est φ cadat in infinitū ꝓfundū maluꝫ et in carcerē ꝓfundissimū ⁊ abyssum. Itē aliud malum Quia facit deo factori suo infinitā iniuriā ⁊ offensaꝫ ⁊ destruit suā ordinationē ⁊ legem iō meret infinitaꝫ penā ⁊ punitionē. Itē aliō malū. qꝛ oīa q̄ facit. facit ꝯ seipm̄ ad suū dānū ⁊ ad suā destructionē ⁊ ad suā perditionē. qꝛ oīa reducit ad suū ꝓpriū honorē qꝛ peruersus ⁊ cōtrari⁹ deo. Et iō q̄nto magis vult facere ꝓpriū honorē. tāto magis facit suū dānū. Itē aliud dānuꝫ. qꝛ excecat seipsūꝫ ꝑ ꝓpriū honoreꝫ laudē ⁊ gl̄iā. ⁊ quanto magis q̄rit suū honorē ⁊ cogitat circa illū ⁊ studet. tāto magis excecat in cognitiōe dei. qꝛ ꝓprius honor ⁊ ꝓpria laus ⁊ ꝓpria gl̄ia totalr̄ sunt ꝯ deū. Et iō obtenebrāt ⁊ obscurāt ⁊ excecāt totalr̄ hoīem ⁊ ponūt ipꝫ extra deū extra lucē. extra ṽitatē. ⁊ extra viā. Et iō tūc hō nō pōt cogscere illa q̄ dei sūt nec illa q̄ ptinēt ad hoīeꝫ inq̄ntū hō est. nec bonū nec malū hōis nec ordinē vniuersi. nec aliq̄ inō scia dei pōt recipi in eo. qꝛ totus est ꝑuersus ⁊ iō ꝑuus. ⁊ iō oīa q̄ dei sunt iudicat inordīata. Itē aliud malū qꝛ facit totū fundamētū suū in mēdacio. in errore. in deceptiōe. in vanitate in nullitate ⁊ in nihilo. qꝛ ꝓprius honor et ꝓpria laus hōis ē mēdaciū. error falsitas ⁊ deceptio ⁊ vanitas ⁊ nullitas. Iteꝫ qꝛ honor est extra rē ⁊ nō intra ipam rem. iō hō q̄ q̄rit laborare circa ꝓpriū honorē. ⁊ ad illū augmētādū ⁊ multiplicādū totalr̄ edificat extra se. et nihil intra se. ⁊ totalr̄ laborat ⁊ est extra seipm̄. ⁊ vult crescere extra se. ⁊ remanet vacuus intra se. nullū bonum hñs intra se. et sic nihil boni acq̄rit intra se. sed tm̄ malū. Itē in vanū laborat ꝑdit tp̄s suum. tp̄s exponit inane et frustra perdit conatū. ꝑdit laborē. ⁊ ad ipossibile tendit. qꝛ nūq̄ suus honor poterit impleri. quia solus honor dei fiet cui nihil potest resistere. qꝛ oipotens est solus qui potest manutenere suum honorē. Ecce ergo quot damna quot mutilitates incurrit homo qui q̄rit suuꝫ proprium honorem quoniā ē totaliter deū cōtra seipsum. ꝯ oēs creaturas. ⁊ cōtra principalē intētionē ⁊ finem propter quem facta sunt oia. ⁊ ad quem tendunt oia. Uidete ergo q̄uo hō totis viribus toto conamine fugere ⁊ fugare debet proprium honorem et propriaꝫ laudem ⁊ propriam gloriam.

Secūdo. Tertio. Quarto. Quinto. Ti. ccix. Sexto. Septio. Octauo.

¶Qꝫ ex ꝓprio honore ꝛ ꝓpria laude ꝛ gloria hoīs. necessario sequit̃ eidē eterna cōfusio eternū vituperiū: ꝛ sempiternū opprobrium. ¶Ti.ccij.

Et quia honor verus et cōfusio opponuntur. ꝛ laus ꝛ vituperiū ꝛ gloria ꝛ opprobriuꝫ. ꝛ honor non pōt mutari nisi in cōfusionē. ꝛ laus non nisi in vituperiū. et gloria nisi in opprobrium ꝛ ecōuerso. sicut calidū in frigiduꝫ et econtra. et etiam nullus honor verus. nisi honor dei. nulla laus vera. nisi laus dei. nulla gloria vera nisi glia dei. ꝛ p cōsequēs nulla gloria. nulla laus nullus honor ꝑmanebit nisi dei. Et ideo ex honore dei non potest sequi confusio sed honor. ex laude dei non potest sequi vituperiū sed laus. et ex gloria dei nō pōt sequi. opprobriū sed gloria. Et ideo homo qui querit et laborat circa honorem laudem ꝛ gloriam dei. oportet ꝙ transeat ꝛ perueniat in verum et perpetuuꝫ. honorem et veram et perpetuā laudem ꝛ gloriā. Sed quia honor ꝓprius hominis est ꝑuersus inordinatus. falsus iniustus. indebitus. ꝛ similiter de laude ꝛ gloria. ꝛ per cōsequens non permanebit sed destruet̃. ideo necesse est per oppositū. ꝙ ex tali honore sequat̃ ꝯfusio. et ex tali laude vituperiū. ꝛ ex tali gloria opprobriuꝫ. Et sic necesse est ꝙ honor proprius hominis et ꝓpria laus ꝛ gloria transeant in eternā cōfusionē. ꝑpetuū vituperiū. ꝛ in sempiternum opprobriū. Et sic qui querit ꝓprium honorē. ꝓpriā laudē ꝛ gloriaꝫ. querit eternā cōfusionē. perpetuū vituperiū ꝛ sempiternum opprobriū suipsius. Et est etiā simile de proprio amore.

Titu.clx Nam sicut de ꝓprio amore finaliter sequit̃ odiū ꝑpetuū suipsius. ita ex ꝓprio honore finaliter sequit̃ eterna confusio suipius. Et nō solū hoc. sed etiaꝫ summa inutilitas. summum damnū ꝛ incōmodum. Et sic desiderans proprium honorem desiderat summā suā confusionem. ꝛ suam summa inutilitatem.

¶Qꝫ per honorem laudem ꝛ gloriam ꝛ per eorū contrarium scꝫ per confusionem ꝛ vituperiū magis visibiliter manifestatur distinctio et separatio ipius hoīs a brutis aīalibus ꝙ per aliqd aliud. ¶Tit.cciij.

Quoniam autem experientia est reruꝫ magistra. ꝛ quicquid videtur per experientiam est multum certū. ꝛ quia honor laus et gloria et fama sunt nota hominibus ꝑ experientiam. ideo illa que probantur et concluduntur per honorem ꝛ alia sunt multum certa hominibus ꝛ propinqua. Et idō quantū possumus debemus oīa ꝓbare per illa que sunt nobis magis ꝓpin-

qua ⁊ familiaria.ſicut ſunt honoꝛ laus ⁊ gloꝛia.⁊ eoꝛū
cōtraria.ſcꝫ inhonoꝛatio.confuſio.vituperium.Uide
musꝰ autem per experientia ꝙ animalia bruta q̄ ſunt
infra hominē.nō cognoſcunt honoꝛē nec laudem nec
gloꝛiam.nec oppoſita iſtoꝛū.ſcꝫ inhonoꝛationē nec cō
fuſionem nec vituperiū.Et ideo videmus ꝙ ipſa aia-
lia neſciunt.nec poſſunt dare alicui honoꝛem nec lau-
dem nec gloꝛiam.nec oppoſita iſtoꝛū. ſcꝫ inhonoꝛatio
nē.nec ēt appetūt nec q̄runt nec deſiderant honoꝛem
nec laudem.nec gloꝛiā nec famā.nec nomē.nec timēt
inhonoꝛationē nec timent cōfuſionem nec verecūdiā
nec vituperiū.nec obpꝛobꝛiū nec contēptū nec igno-
miniam.nec deriſionē.nec diffamationē.q̄ oīa ꝯtrianť
honoꝛi.nec tamen videmus ꝙ aliquo modo amant et
timent.ſed ꝑ experiētiam eſt manifeſtum ꝙ ipē ſolus
homo in mundo cognoſcit omnia iſta.et poteſt et ſcit
dare alicui.⁊ poteſt recipere ⁊ appetere et querere et
deſiderare ⁊ tractare ⁊ inueſtigare.Unde poteſt da-
re alijs honoꝛem.laudem gloꝛiaꝫ ⁊ querere ſibipſi.et
etiam ſuper omnia timet ⁊ fugit inhonoꝛationem.cō-
fuſionem.verecundiam. vituperium et obpꝛobꝛium
⁊ diffamationem.Et exinde poſſumus cognoſcere ma
nifeſtiſſimam differentiam ⁊ ſeparationē ⁊ diſtinctio
nem ad oculum inter homines ⁊ omnia animalia per
honoꝛē laudem ⁊ gloꝛiam ⁊ cōtraria iſtoꝛū. Et iō ſeq̄
tur ꝙ oīa iſta aſcēdūt ſuper aialia.⁊ ꝑ ꝯn̄s ſunt res in-
ſenſibiles ⁊ intellectuales et appꝛehenſibiles ꝑ intelle-
ctū.Et ideo ſeq̄tur ꝙ honoꝛ laus et gloꝛia ⁊c.ſolū per-
tinent ad resītellectuales ⁊ ſpūales.Et exinde etiam
poſſumꝰ cōcludere ꝙ hō habet in ſe aliq̄d occultum.⁊
inuiſibile.⁊ alios oculos occultos.et alias aures.⁊ aliū
viſum.aliū audit.q̄ ſuper oīa aialia q̄ꝛ cognoſcit hono
rem ⁊ confuſionē ⁊c.et animalia non poſſunt.

¶ Qꝛ exinde oſtenditur ꝙ maxime deo conuenit ho-
noꝛ. ¶ Titulus.cciiij.

ET q̄ꝛ honoꝛ laus et gloꝛia ꝑtinēt ſolum ad
res ītellectuales inuiſibiles ⁊ ſpirituales ⁊
nō ad res coꝛꝑales nec brutales.ſeq̄tur ꝙ
q̄nto res eſt magis ſpiritualis.intellectua
lis. inuiſibilis.⁊ magis diſtat a brutis.tāto
magis ei ꝯuenit honoꝛ laus et gl'ia.Et q̄ꝛ deꝰ eſt ſūme
ſpūalis.ſūme intellectualis.⁊ ſūme inuiſibilis. iō ſeq̄
ꝙ deo ſumme ⁊ in ſūmo ꝯuenit honoꝛ laus et gl'ia.et ꝙ
deꝰ ē ſūme honoꝛabilis.laudabilis.⁊ gl'ificabilis.Et ꝑ
ꝯn̄s oppoſita iſtoꝝ ſcꝫ ihonoꝛatio.ꝯfuſio.vituꝑiū.ob-
pꝛobꝛiū.et verecūdia.ꝯtēptus diffamatio ⁊ irriſio.et

Titulus.} omnia q̄ sunt cōtra honorē. in sūmo ei disconueniunt
ꝛ cōtrariātur. Et sic ordo creaturarū ꝛ scala nature ma
nifestat. ꝙ deo summe conuenit honor laus et gloria.

¶ Probatio ꝙ deus velit defensare ꝛ manutenere
suum proprium honorem. Titulus.ccv.

Quod aūt deus velit manutenere. defen
sare augmētare. ꝛ cōseruare suū hono
rem qui maxime ꝛ in sūmo ei ꝯuenit. hoc
possum⁹ manifestare ex parte hoīs. Si
enī hoīes tantū diligūt honorē ꝓpriū
quib⁹ tñ nō ꝯuenit. ꝛ oīa q̄ hñt exponūt
pro honore ꝓprio ad illū manutenendū. defendendū.
et cōseruandū. s. aurū argentū ꝛ amicos ꝛ quicq̄d est
eis subiectū. ꝛ q̄cq̄d magis diligūt. imo ꝛ qđ pl⁹ est se
ipsos exponūt morti. ꝛ vitā ꝓpriā dant ꝓ honore pro
prio defendendo ꝛ manutenendo. quāto ergo magis
deus cui in sūmo cōuenit honor ꝛ debet. diliget ꝛ con
seruabit. manutenebit ꝛ augmentabit suū ꝓpriū ho
norē ꝛ illū defendet. Et si hō eo q2 diligit suū honorē
ꝓpriū nullo mō patit̃ ꝙ su⁹ honor diminuat̃. q̄nto mi
nus patiet̃ de⁹ suū honorē diminui. cui solū debetur
Itē si hō q̄ diligit suū ꝓpriū honorē. habet odio oēm
aliū honorē. q̄ pōt ledere ꝛ destruere vel diminuere
suū ꝓpriū honorē quāto ergo magis de⁹ q̄ diligit suū
ꝓpriū honorē ꝛ singularē ꝛ cui in sūmo cōuenit ha
bet odio oēm aliū honorē cuiuscūq; q̄ ꝯriat̃ suo hono
ri vel nō cōcordat cū suo honore. ꝛ illū destruet ꝛ an
nihilabit. Ex hoc possum⁹ ꝯcludere ꝙ de⁹ deducet q̄c
q̄d ē vel erit vel fuit ad suū honorē. ꝛ ꝙ oīa seruiēt suo
honori. Et etiā possum⁹ videre ꝙ̄ magna res ē honor
in se. ꝛ quō ē aliq̄d excellētissimū, ꝛ aliq̄d sup̄ hoīes; cū
hoīes exponūt seipsos morti ꝓ illo manutenēdo ꝛ q̄cq̄d
hñt dant ꝓ illo et preeligūt mori. ꝙ̄ ꝙ honor moriatur.

¶ Qn per illa que dicta sunt de honore dei clarissime
et indubitanter ostenditur ꝙ iesus xp̄s est verus fili⁹
dei eterni patris omnipotentis. Titulus.ccvi.

Ad ꝓbandū aūt ꝙ iesus xp̄s quē colit ꝛ a
dorat tota xp̄ianitas sit ver⁹ fili⁹ dei eter
Ti. clxxxi. ni oīpotētis. sūme sapiētis. sūme bonita
ꝛ ti. clxxxij tis. q̄ creauit mūdū de nihilo opz resume
Ti. clxxxix re oīa q̄ sunt iā cōclusa de honore dei. Vñ
Titu. xci. ꝓbatū ē prio ꝙ de⁹ opat̃ oīa q̄ facit extra se ꝓpter suū
Tit. clxxx honorē ꝛ ad suum honorē. ꝛ ad suā laudē ꝛ gloriam.
viij. ¶ Itē ꝙ soli deo debet̃ honor laus ꝛ glīa ꝛ hoc ꝙ ē soli
Titu. xxv. deo ꝓpriū. ¶ Itē ꝙ sicut de⁹ opat̃ oīa ꝓpter suū hono
rē. ita opat̃ ꝓpter suū nomē. ¶ Itē ꝙ honor dei ꝑma
nebit ineternū. ¶ Item cōclusum est per creaturas ꝙ
deo summe

deo summe cõuenit honor.⁊ ꝙ deꝰ diligit honorẽ suũ
et ꝙ illũ defendet ⁊ manutenebit.¶ Itẽ ꝙ deꝰ habet
odio oẽm aliũ honorẽ q̃ repugnat suo honori.vt dictũ
est in ca.ꝑcedenti.¶ Et ꝙ deꝰ nihil põt facere cõtra
suũ honorẽ.nec ꝑmittere q̃n totũ reducat ad suũ hono
rẽ.¶ Istis ꝑmissis veniamꝰ ad iesuȝ xp̄m quẽ colit et
adorat pplus xp̄ianꝰ.⁊ videamꝰ v̄ba ⁊ facta sua.⁊ opa Joh.viij.
toti mũdo manifesta.Vñ hoc est manifestũ ꝙ ipse se Johã.x.
dicit eẽ verũ filiũ dei.⁊ nõ solũ hoc.ſȝ dicit se eẽ eq̃lem Joh.xiiij.
deo.⁊ eẽ vnũ deũ in essentia.eundẽ nũero.in eadẽ dei
tate nũero.sine diuisione cũ deo.Itẽ dicit ꝙ habet to-
tã deitatẽ ita ꝙ est deus a patre.⁊ est ei equalis ꝑ oĩa
et ꝙ est genitus a deo eternaliter.ita ꝙ est eternꝰ filiꝰ
et nũq̃ habuit pricipiũ.ſȝ semꝑ cũ deo patre fuit.Itẽ
dicit per ꝯfis se esse oĩpotẽteȝ deũ creatorẽ oium sicut
pater.⁊ vnũ ⁊ eundẽ dominũ cũ deo patre.⁊ nõ duos
Itẽ dicit se missum a deo patre suo in mũdũ ⁊ dicit se
venisse in noie patris sui q̃ est deus.⁊ nõ in noie suo. Joh.viij.
Preterea attribuit sibi opera sua que soli deo cõue- Johã.x.
niũt ⁊ nullo mõ alteri.Vñ remittit pctã hoim qđ est
ꝓpriũ dei vt ꝓbatũ est dixit se iudicaturũ oẽs hoies
in fine mũdi.qđ soli deo cõuenit.Itẽ dicit se resuscita Mat.ix.
turũ oẽs hoies in fine mundi ⁊ ꝓmittit dare vitã eter
naȝ oibꝰ credentibꝰ in eũ.Itẽ misit discipulos suos ꝑ Jo.v.⁊.vi
vniuersuȝ mũdũ.ad ꝑdicandũ nomẽ suũ ⁊ doctrinã
suã nouã et inauditã a seculo.⁊ nouã legẽ dãdo ꝓmit Marci vl
ten do credẽtibꝰ vitã eternã.et cõminãdo incredulis timo.
mortẽ et dãnationẽ eternã.Itẽ in noie suo ẽ tota xp̄ia
nitas edificata et ante nõ erat.et ppl̄s xp̄ianꝰ in quo
est impiũ romanũ ⁊ multa regna mũdi.colit xp̄m et
adorat et credit tãq̃ verũ filiũ dei.vnũ in essentia cũ
pr̄e.eq̃lẽ ꝑ oĩa deo patri.⁊ tãq̃ missuȝ a deo.⁊ tãq̃ vnũ
deũ cũ pr̄e.⁊ nõ tãq̃ duos deos.timet ip̄ȝ honorat ip̄ȝ
tanq̃ verũ deũ creatorẽ celi et terre.Et nõ solũ hoc.ſȝ
etiã oẽs discipuli sui et apostoli q̃ ip̄ȝ ꝑdicauerũt.et
pro honore suo laborauerũt.sunt honorati ⁊ exaltati ⁊ Mat.xv
dignificati in hoc mũdo.Itẽ ip̄e prio venit ad pplum
iudeoꝝ q̃ colebat ⁊ adorabat solus in mũdo verũ deũ
qui creauit celũ ⁊ terrã.qui solus erat populus dei et
venit ad eos tanq̃ filiꝰ missus a patre.Et multa alia
possumꝰ dicere que iã sunt manifesta per totũ mũdũ Primo ꝓ
¶ Si ergo ille hõ iesus xp̄s nõ sit verꝰ filius dei eq̃lis batur.
deo.nec sit vnus deus cũ patre.nec sit missus a deo ve
ro.ſȝ totũ sit mẽdaciũ.tũc seq̃tur ꝙ ip̄e sit verꝰ inimi-
cus dei aduersariꝰ dei.⁊ cõtrariꝰ deo.imo nullus est
nec potest esse maior inimicus dei si non sit ita sicut

iesus xp̄s dixit. Si ergo nō sit ver⁹ fili⁹ dei. nec missus
a deo patre. ⁊ tñ se dicit esse filiū ⁊ missuz a patre ⁊ ve
nire in noīe patris sui ⁊ tale nomē attribuit sibi ⁊ oīa
q̄ opaꝫ facit vt dei fili⁹. sꝫ totū sit mēdaciū. quō de⁹ ve
rus q̄ creauit celū ⁊ terrā pateretur ⁊ ꝑmitteret iesuz
xp̄m si nō sit missus ab eo. nec sit fili⁹ ei⁹. vsurpare si
bi in mūdo totū honorē diuinū. ⁊ exercere opa illa q̄
soli maiestati diuine cōueniūt. Cū em̄ de⁹ diligit suuz
honorē. ⁊ facit oīa ꝓpter suū honorē. quō pateretur ꝙ
aliq̄s ali⁹ q̄ nō sit de natura sua. nec missus ab eo. im
mo totaliter cōtra ip̄m vsurpet sibi ꝓpriū honorē. Er
go seq̄tur ꝙ cū hic destruat totaliter statū dei. ⁊ hono
rez veri dei de directo si nō sit ita. ꝙ vel necessario ita
est ꝙ iesus xp̄s est ver⁹ fili⁹ dei genit⁹ de sua propria
substātia ⁊ missus ab eo. vel ꝙ de⁹ nō est. Qz v̄o deus
est vt iā ꝓbatū est. ⁊ iesus xp̄s nō est filius su⁹ nec mis
sus ab eo. nec de suo cōsensu nec volūtate. seq̄tur ꝙ
nō poterit pati destructionē sui honoris. Quis em̄ rex
sapiēs pateret̄ ⁊ ꝑmitteret in regno suo in quo habet
totū dn̄iū. ꝙ aliq̄s ali⁹ extrane⁹ q̄ nō sit fili⁹ su⁹ nec mis
sus ab eo. nec de sua volūtate vellet regnare ⁊ dn̄ari i
regno suo. ⁊ ꝙ diceret se esse verū filiū regis ⁊ missum
a rege tanq̄ a p̄re ⁊ noīe regis faceret oīa. Nonne iste
talis eēt ꝯ regē totaliter ⁊ maior inimic⁹ regis q̄ possit
esse. A simili ergo de deo. Cū ergo iesus xp̄s regnet in
mūdo ⁊ regnauit ⁊ viguit. ⁊ obtinuit p̄ncipatū ⁊ dn̄iū
per mille ⁊ quadringētos annos. ⁊ honorat̄ ⁊ adorat̄
⁊ colitur ⁊ timetur ⁊ creditur vt ver⁹ de⁹. ⁊ vt fili⁹ dei
vt eq̄lis patri vn⁹ in essentia cū p̄re. nullo mō diuisus
ab eo. seq̄tur ꝙ vel ip̄e est ver⁹ filius dei. vel ꝙ de⁹ nō
est. Sꝫ deus est ergo iesus xp̄s est filius dei. q̄ patitur
ip̄m regnare. adorari ⁊ coli ⁊ honorari ab oīb⁹ tanq̄
suū verū filiū ab eo missuz. ⁊ tanq̄ de sua ꝓpria substā
tia genitū tanq̄ deū verū de deo vero genitū ⁊ eq̄lez per
oīa ei in ptāte. in maiestate. in dignitate. in sapiētia i
bonitate. ⁊ in eternitate ⁊ glīa. ¶ Itē si iesus xp̄s non
est ver⁹ fili⁹ dei nec missus a deo eterno. vn⁹ de⁹ cum
Secūdo. eo. ⁊ tñ dicit se eē verū filiū dei missuz a deo. tūc q̄ro an
ver⁹ de⁹ sciat hoc aut ignoret. Nō pōt ignorare. ergo
scit. Sꝫ si scit ⁊ taceat. ergo ꝑmittit regnare ⁊ adorari ⁊
honorari mēdacē in noīe suo. ⁊ ꝑmittit mūdū decipi
Johā. x. in noīe suo. qz oīa q̄ xp̄us fecit. fecit i noīe p̄ris. Sꝫ hoc
Joh. xiiij. est ꝯ honorē diuinū ⁊ derogat honori dei de directo. g̊
seq̄tur ꝙ iesus xp̄s ē ver⁹ fili⁹ dei missus a p̄re. ¶ Itez
Tertio. nulꝰ ali⁹ ab initio mūdi vsq̄ mō assūpsit sibi tale no
mē. nec talē honorē ꝙ diceret se verū filiū dei eē ⁊ deuz.

ver.vnū i essentia cū deo eterno.⁊ eē vnū deū cū deo. ⁊ missū ab eo. iesus xps ē sol⁹ q̄ de se ipo hoc dicit. Nō pōt eē mai⁹ nomē q̄ istud nec maior. honor nec vltra ē ascēsus. Null⁹ aūt ante iesū xpz nec post eū assūpsit sibi tā grādissimū nomē. nec tā grādissimū honorem Vñ machomet⁹ q̄ venit post iesū xpz p̄ mltos ānos nō dixit se eē xpz. nec deū. nec filiū dei nec eq̄lē. nec d̄ essētia deitatis. s; dixit seipm p̄phetā. Nulla aūt cōparatio ē īter nomē p̄phete ⁊ nomē filij dei. q2 infinitū nomē filij dei excedit nomē p̄phete. q2 nomē filij dei dicit eq̄lē honorē deitati. q2 fili⁹ dei necessario de⁹ ē postq̄ genit⁹ ē de deitate. Quare seq̄tur q̄ cū istud sit mai⁹ nomē qd̄ possit eē. ⁊ maior honor q̄ possit eē ⁊ cogitari. cu; iesus xps assumpsit sibi istud nomē nouū. nūq̄ auditū antea ⁊ talē honorez nouū. seq̄tur q̄ vel ē talis qualē dicit se esse vel de⁹ nō est. cū istud nomē adhuc duret ⁊ eius honor. Ergo iesus xps est ver⁹ filius dei missus a deo. Si aūt post iesum xpm venit vel veniat aliquis q̄ assumat sibi aliquod nomē ex p̄te dei. vel assumat sibi nomē dei. ⁊ sit cōtra iesu; xpm iā significauit deus ⁊ declarauit oēm talē esse mēdacē. ⁊ nō venire ab ipo. q2 iesus xps est p̄rio ab eo missus. ⁊ est ver⁹ filius eius. Quare in hoc q̄ p̄misit ⁊ voluit iesum xpm regnare p̄rio sub noie suo. ⁊ tanq̄ filiū ei⁹. declarauit omnē aliū qui sit p̄tra iesum xpm. qui venit in nomie suo eē mēdacē. esse falsu; ⁊ deceptorē nec esse missum ab eo. Quare nullus alius qui sit p̄tra iesu; xpm est recipiendus. nec ei aliq̄ mō est credēdū nec obediēdu;.

ne ab ipis pmis pẽtib⁹ ꝛ ipa aia rõnal. imediate crea
tur ꝛ dat' a deo. qr aia rõnalis ẽ imortal' ꝛ idiuisibilis
ꝛ nõ pt puenire nisi a deo imediate. Et iõ oẽs q̃ postea
nati sũt. filij pmi hois ꝛ pme mulieris p solã carnẽ ꝛ nõ
rõne aie. ꝛ oĩs caro cuiuslibꝫ hois natural'r gñati fuit
in eis radicaliter. ꝛ iõ rõne carnis ꝛ nõ rõne aie. iõ se
quit'. ꝙ totũ malũ ꝛ tota corruptio descẽdit ꝛ extendit'
in totã posteritatẽ pp̄ter carnẽ corruptã. Et iõ ex-
inde seqtur. ꝙ malũ ꝛ corruptio liberi arbitrij. ꝛ malũ
seu corruptio carnis ɔtrario ordine se hñt i pmis pa-
rentib⁹. ꝛ i his q̃ nascũt' ex eis. Qr i primis duob⁹ pri
mo fuit malũ ꝛ corruptio ꝛ puersitas i libero arbitrio
seu in aia rõnali. ꝛ p illud venit malũ ꝛ corruptio in
carnẽ ita ꝙ malũ voluntariũ seu liberi arbitrij fuit cã
totius mali ꝛ corruptiõis carnis seu corpis vt iã decla
ratũ est. sed in oib⁹ posterioribus est totũ p oppositum
qr malũ ꝛ corruptio carnis. est cã mali ꝛ corruptiõis
aie seu liberi arbitrij. qr deus creat aiam bonã ꝛ purã
ꝛ nõ corruptã. s3 qr caro cui ɔiũgit' est corrupta ꝛ infe
cta ꝛ gñata libidinose cõtra modũ debitũ. ꝛ tota morta
lis. lãguida ꝛ infirma ꝛ rebellis rõni. plena cõcupiscẽ
tia inordinata. iõ aia cũ sociat' cũ tali corpe ꝛ carne re
belli turpi ꝛ mortali. inficit'. corrũpit' ꝛ puertit'. ꝛ tota-
liter trahit' ad cõcupiscẽ. iã carnis. ꝛ seqtur ɔcupiscẽ-
tiã ei⁹. qr opꝫ ꝙ postq̃ aia est cõiũcta carni ꝛ vnita ꝙ
trahat ipam vel ꝙ trahat' ab ipa. ꝛ aia nõ pt trahere
carnẽ tã rebellẽ. infirmã. languidã in cõcupiscentijs
suis rõne mortalitatis. iõ necesse est ꝙ trahatur a car
ne. ꝛ incurrat. suã infectionem ꝛ corruptionem. Ideo
anima efficitur mala. turpis peruersa. cõtra deum. ꝛ
odibilis deo. et tota inordinata ꝛ hoc manifestat' post
ea. quando anima vtitur libero arbitrio. quia ignorat
deum a quo est. ꝛ ignorat seipsam. ꝛ suũ bonum. ꝛ suũ
malum. et habet propriã voluntatẽ que semper est cõ
tra deum. ꝛ contra suum debitum naturale ꝛ semper
iniuriat ꝛ offendit deum. Et oĩa ista mala cõtrahit ex

Drñtia p̄mox pen- tũ ꝛ alio- rũ hoim.

Deriua- tio pcti o riginalis

Aia infi- cit' ex ɔiũ ctiõe cor- poris.

societate carnis maculate in ordine ad deū qꝛ de⁹ nō fecit talē carnē imūdā sed mūdā. ¶ Aīa aūt hꝫ duos status in carne. Unū prio anteꝙ pōt vti libero arbitrio. ꝛ velle aliqd ppria volūtate. Et tūc iā est imūda et corrupta ꝛ turpis ꝛ odibilis ꝛ mala ꝛ iniusta apud deū. Quis nihil mali fecerit. qꝛ nō potuit adhuc ꝛ hoc pp̄ter societatē carnis maculate. que est de gn̄e primi hoīs corrupti inimici dei. q̄ actualiter iniuriauit ꝛ offendit eū. a qua carne aīa cōtrahit radicaliter ꝛ originaliter istā puersitatē. istā inordinationē ꝛ istā inclinationē per quā efficit aptavt qn̄vtit ppria volūtate operetur ꝯ deū ad suā iniuriā ꝛ offensam. Et sic aīa maculatur ꝛ incurrit viciū ipsa nesciente. ꝛ imputatur ei illa corruptio ꝛ macula. Quis nō sit volūtaria. Alius aūt status aīe est qn̄ iā vtit libero arbitrio ꝛ ppria volūtate. Et tūc qꝛ liberū arbitriū est corruptū ꝛ voluntas puersa ꝛ mala ꝛ viciosa. iā actualiter p seipsaꝫ facit malū. ꝛ nō pōt facere nisi malū. ꝛ voluntarie facit malū. ꝛ semp opaꝛ ꝯ deū. Et iō efficiꝛ peior ꝛ turpior. ꝛ magis ī odio dei. qꝛ ppria volūtate facit malū. ꝛ crescit sua corruptio. ꝛ totū iputatur ei a deo. Si eñ malū qđ ptrahit a carne ipa nesciente iputatur ei a deo quāto magis qđ ipa ppria volūtate facit. ¶ Et sic aīa habet duo mala vnū originale. qđ ipa non facit. aliud actuale. qđ ipamet facit. ꝛ vtrūqꝫ iputatur hoī. ꝛ iō vtrūqꝫ est malū culpe. ꝛ sic est culpa originalis. et culpa actualis. sed primi parentes nō habuerūt ī aīa nisi malū actuale. qđ ipi fecerūt. Propter pmū malū originale qđ aīa nō fecit. sed ꝯtrāit ex societate carnis ignoranter ꝛ inuolūtarie. aīa est digna separari eternaliter a cōsortio dei. sꝫ nō debeꝛ ei dari p iusticiā aliqđ malū īuolūtariū. nec aliq̄ pena sensibilis sꝫ pp̄ter scđꝫ malū. scꝫ actuale qđ aīa volūtarie facit. debeꝛ ei malū inuolūtariū seu pena eterna. Et ī hoc apparet qualr iusticia dei est strictissima ꝛ incōphēsibilis. qꝛ aīe imputatur malū corruptionis qđ ipa nō fecit. sed aliūde cōtraxit. ꝛ hoc apparet ad oculū. Et sic pꝫ quō in primis duob⁹ parentibus malū ꝛ corruptio carnis puenit originalr a malo ꝛ corruptione liberi arbitrij seu aīe. sꝫ in tota posteritate malū ꝛ corruptio liberi arbitrij seu aīe puenit originaliter a malo ꝛ corruptione carnis. ꝛ hoc ita ē in facto. Ecce ꝙ ordinē oīuꝫ maloꝝ seu culpaꝝ ꝛ pctōꝝ nature hūanē qꝛ oīa mala. oēs culpe ꝛ oīa pctā totius mūdi ꝛ oīum hoīum orta sunt a pmo malo. a prima culpa. ꝛ a prio pctō primoꝝ parētū. Uñ prio fuit malū volūtariuꝫ ipoꝝ quod fuit

Aīa hꝫ duos stat⁹ ī carne.

Duo sunt pctā. s. originale ꝛ actuale.

actuale deinde in oēs hoīes descēdētes ab eis p libidinē de lege cōi est vnū malū culpe originalis seu peccatū originale. et quot hoīes tot pctā originalia. deinde post pctm̄ originale in q̄libet hoīe pctā actualia multiplicātur sine numero. et sic tot9 mūd9 est plen9 pctis

Licet autē de9 creet aīaʒ. et vniat eā cuʒ carne infecta. tñ infectio aīe nullo mō pōt iputari deo. nec ē cōtra iusticiā dei. sʒ maluʒ culpe et corruptiōis trāsit ad posteros. q̄m ordinatissimū erat q̄ natura hoīs ita cōderet sicut cōdita fuit a pncipio. et q̄ pdita ita ppagaret scʒ q̄ hō gñaret corp9 seu carnē. et deus ifunderet aīaʒ illi carni pparate ad receptionē aīe rōnalis. ita q̄ vnita corpi imortali. et sibi obediēti eēt debite ordiata et nulla iclinatio mala nec aliqđ viciuṁ seu corruptio eēt in ea. q̄ caro eēt mūda. Sʒ ex q̄ prim9 hō peccauit et caro sua facta ē rebellis aīe. et tota mortalis et corrupta oportuit q̄ tale corp9 trāsmitteret ad posteros. et q̄ de9 aīaʒ ifunderet ſm primariā istitutionē quā ipe ordinauerat. ita q̄. Quis hō corrūpit op9 suū. scʒ corp9 de9 ppositū suū nec ordinē mutare nō debuit. q̄ hō p iusticiā debitā icurrit mortalitatē carnis. ex q̄ mortalitate sequit rebellio et corruptio i carne. Q̄ si eēt imortalis. nulla eēt corruptio nec iordinatio i ea. Et iō q̄a punitio est in carne ſm ordinē iusticie. de9 pter corruptionē carnis debuit suū ordinē nō mutare pmuʒ nec ppositūʒ bonū. s. q̄n debeat creare aīas mūdas. et sociare eas corpib9. in q̄b9 duʒ ueniūt corruptionē exinde trahūt corruptionē. hoc ē nō ex deo q̄ creat aīaʒ sine corruptiōe. sed ex hoīe q̄ ex cā corruptiōis corporuʒ. q̄ culpa et corruptio originalis in aīam nō posset trāsfundi. nisi pcessisset in carne pena mortalitatis et rebellionis. et pena talis nō eēt nisi culpa pcessisset. et ipa culpa et corruptio volūtatis pcessit a volūtate hominis iordinata et nō a volūtate dei. Et ideo tota corruptio quā cōtrahit aīa est et pcedit a pctō primi hominis. et nō a deo. nec a natura hoīs cōdita a deo. sed a vicio et corruptione volūtatis primi hoīs. Et iō ipsa ppagatio seu gñatio in se nō trāsmittit i posteros corruptionē q̄ corrūpit aīa sed ipa libido q̄ est adiuncta cū ppagatiōe. que q̄dē libido habet ortū a corruptione volūtatis. q̄ si etiā ante pctm̄ esset ppagatio et gñatio. sed nō esset libido. Ecce declarauimus lapsuʒ. corruptionē perditioneʒ et malum nature humane et vidimus totum statum suum in quo est. Et ita habem9 sciētiā tā de debito q̄ de facto ipsius hominis.

Infectō originalis nō imputatur deo

Quid necessariū est hoī lapso pdito et deuiato ſi

debeat ꝛ velit reduci ꝛ exire de statu perditionis. ꝛ puenire ad illud bonuꝫ propterq̄ꝺ factus est q̄ꝺ perdidit.

¶ Titulus.ccxlix.

Manifestū est ex p̄cedēti tractatu in quo statu factus fuerat hō a deo. ꝛ in quo statu cecidit qn̄ pdidit illud bonū vltimū ꝓpter q̄ꝺ factus fuerat. s. gaudiū eternum q̄ꝺ oritur de amore dei ꝛ societate ei⁹. ꝛ perdidit etiā regnum celeste ꝛ hereditatē dei. ꝛ sic perdidit infinitum bonū ad q̄ꝺ habendū factus fuerat. Et nō solum hoc. sed etiā vadit ꝛ currit ad infinitā ꝛ eternam tristiciā ꝓpter quā factus nō erat. tēdit ad malū perpetuum ꝛ ad eternā penā ꝛ miseriam. Et qꝛ in tali statu lapsus est vt oīa illa mala finaliter adueniant ei postq̄ꝫ separatus est a deo ꝛ ab amicitia ei⁹. ꝛ lucratus est inimicitiā dei ꝛ iraꝫ eius. ꝛ sic de facto hō incurrit

Ti.cxlvij. oīa mala que declarata sunt in capitulo de fructu qui nascitur ex duob⁹ amorib⁹ p̄imis. qꝛ hꝫ in se radicem oīm malorum. Itē etiā hō in statu lapso in quo cecidit est captiuus inimici capitalis dei. ꝛ captiuus primi angeli mali q̄ vocat̄ diabolus ꝛ seruit ei. ꝛ est seruus ei⁹.

Ti.ccxlv] ꝛ facit voluntatē eius. vt iam declaratum est. ita q̄ hō nō seruit deo q̄ creauit eum. nec facit voluntatē eius. immo cōtra voluntatē ei⁹. et seruit neq̄ssimo angelo q̄ nō creauit eum. ꝛ facit voluntatē eius. Et sic hō in statu lapso ꝛ corrupto semꝑ augmētat malū suū. ꝛ acq̄rit culpas. ꝛ seruit abominationi ꝛ corruptioni. ꝛ per hec seruit diabolo. O q̄ꝫ bonuꝫ ꝛ delectabile esset homini exire de isto statu lapso ꝛ corrupto ad statum bonū et integrū ꝛ iocundū. ac de captiuitate exire nequissimi angeli ꝛ ꝓditoris ad libertatē. ꝛ reuocari de via q̄ tendit ad perpetuā tristiciā ꝛ dānationē eternā. O q̄ꝫ iocundū esset hoī reuerti a via ire eterne et dānationis perpetue. ꝛ introire in viā salutis et iocunditatis ꝛ libertatis eterne. Magna est diuersitas eterne tristicie ꝛ eterne leticie. Nonne esset summū gaudiū hr̄e oēm voluntatē. ꝛ hr̄e plus q̄ꝫ pōt excogitare ꝛ capere ꝛ hr̄e deum ꝛ dn̄m celi ꝛ terre in amicū dilectissimum. ꝛ oēs angelos ꝛ sp̄ūs btōs. O quantum hō esset obligat⁹ illi qui eum de tali statu eriperet ꝛ liberaret. ꝛ poneret eū in statu cōtrario. s. in statu eterne iocunditatis. leticie ac libertatis. ꝛ liberaret ipsum de seruitute diaboli et oīm malorū. ꝛ defenderet ipꝫ ne aliquis posset ipm ledere aut ei displicere. ꝛ eriperet eum ab ira dei ꝛ eius

Quis possit refor- iusticia. ꝛ poneret eum in amicitiā dei ꝛ ꝓpriam libertatem. Sꝫ quis esset ille? Nūquid homo met. an ange-

lus? Nõ homo.q2 homo est captiuus in culpa iusticie ⁊ in carceribus hui⁹ mūdi.qui est iudicãdus tãq̄ re⁹ ⁊ captiu⁹ sub diabolo ⁊ i ira dei. Nec etiã aliq̄s ange lus põt hoc facere.q2 angel⁹ ē finit⁹.ḡ nõ põt infinitū soluere. Si eñ culpa est infinita.q2 deū infinitū offen dit.sequit̄ φ etiã pena dz esse infinita.q2 pena sequit̄ culpã. Sic angelus nec creatura pura põt.sed solū de⁹ qui hoiem creauit põt eū etiã reformare Nã plus est hoiem restaurare q̄ de nouo facere. Et hec est rõ. Nã in creatione nihil resistit quin creatura obediat crea tori.in restauratione siue reformatiõe resistit culpa ⁊ pena ac etiã volūtas corrupta. Ergo si nullus põt crea re hoiem de nouo.sequit̄ φ etiã eum nullus põt refor mare nisi solus de⁹. Q2 si nõ põt qđ minus est. etiã nõ põt qđ maius est. Ergo relinquit̄ φ solus de⁹ põt.q2 si deus nõ fecerit nullus põt. Sz q2 deus est iniuriat⁹ et offensus ac inhonorat⁹ ab hoie ⁊ contēptus.⁊ sic hõ ē in ira dei.⁊ etiã in indignatione ei⁹.⁊ etiã q2 deus est iudex.⁊ ip̄e est ip̄a iusticia cui facta est iiuria. quomõ ipse eū liberauit a manu sue iusticie.cū iusticia sit in iuriata.offensa ⁊ contēpta? Quomõ eñ iusticia faciet cõtra seipam.cū ip̄a debeat ex natura sua vindicare ⁊ punire? Ergo nisi iniuria ⁊ offensa dei que est facta ꝑ hoiem tollat̄ ⁊ destruat̄.ꝑ quã homo est inimicus dei. ⁊ iusticia dei sit placata ⁊ recõciliata . nõ est remediū φ hõ possit liberari a malis suis. Quãdiu eñ iniuria manet in suo vigore. īpossibile est φ hõ recuperet dei amicitiã.q2 amicitia ⁊ ira sunt duo cõtraria. q̄ nõ pos sunt stare simul in vno subiecto. Inuestigandū est nūc quõ iniuria possit tolli ⁊ auferri.qm̄ ip̄a semꝑ separat hoiem a deo.q2 hõ qui existit in iniuria et offensa dei. hz cū deo inimicitiã.⁊ ideo iniuria claudit hoi viaz ⁊ portam intrãdi ad deū.⁊ ne ip̄e sit apt⁹ intrãdi in re gnum celeste.ꝑpter qđ factus est. Vñ prima iniuria ⁊ offensa primorū duoꝝ hoīm in quib⁹ consistebat tota humana natura. q̄ iniuria fuit gñalis toti hūane na ture.clausit portã oībus filijs eoꝝ.vt nullus possit in gredi in celū.q2 oībus imputat̄. Ideo nisi illa vniuer salis offensa destruat̄. impossibile est hoiem restitui ad illud bonū ꝑpter qđ fact⁹ est. Sz preter istã offen sam generalē sunt etiã offense particulares ⁊ persona les alioꝝ hoīm.q2 in quolibet hoie descēdente a ꝑmis duob⁹ parētibus ꝑ libidinē quãtū de se est vna culpa gñalis ⁊ originalis quã de⁹ imputat aīe ꝑpter socieṫa tem quã hz cū corpe.⁊ ista culpa claudit etiã portã ne quis possit ingredi vitã eternaz. Ecce ergo duas clau

mare ho minem.

Restau rare hoīs est maior q̄ creatio eius.

Quõ pos sit redu ci homo.

furas ꝛ duo obſtacula prima. Ultra iſtas duas clauſu- ras in ꝗlibet hoīe ſunt innūerabiles offenſe et iniurie pſonales ꝛ actuales ꝗs ꝗlibet facit p ſe volūtarie. ꝛ ꝗlibet iſtarū etiā claudit portā. ꝛ ꝗlibʒ iuria ꝛ offenſa facit etiā clauſurā vnā p ſe. ꝛ claudit portā. Et ſic veraciter poſſum⁹ dicere faciēdo tres ptes ī natura hūana. qꝛ p primis duob⁹ fuit clauſura ꝑpter iniuriā ꝑpriaꝫ ſcdo nobis ꝑpter eoꝝ culpā. ꝛ tertio ꝑpter noſtrā met culpā. Paruulis ꝟo nō hñtibus vſuʒ rōnis claudit tm̄ ꝑpter pctā primoꝝ parētū. ꝛ culpā pcti originalis quā cōtraxerūt ꝑpter carnē corruptā. ſʒ hoībus habētib⁹ vſuʒ liberi arbitrij clauſa eſt porta tā ꝑpter pctā prio- rū parētuʒ. ꝛ ꝑpt pctm̄ originale. ꝙ etiā ꝑpter iuirias ꝛ offenſas pſonales ꝗs fecerūt p ꝑpriā volūtatē. Et iō ꝙuis in hoīe adulto ꝛ magno eſſent delete ꝛ deſtructe iniurie ꝑprie ꝛ pſonales. adhuc remaneret culpa prio- rū parētum ꝛ pctm̄ originale. ꝛ ſic adbuc maneret porta clauſa ꝑpter offenſaꝫ pmoꝝ parentū. Et ꝙ ſi hō ſiue paruul⁹ ſit ſiue adult⁹ debeat puenire ad illō bonū ꝑpter qō fact⁹ eſt. ſ. ad amorē ꝛ vnionē cū deo. opʒ ꝙ ipe ſit mūdatus a culpa ꝛ pctō primoꝝ parētū. deinde ab alijs pſonalib⁹ culpis. Et iō tota difficultas repatiōis cōſiſtit in auferēdo ꝛ tollēdo iiurias dei et offenſas. ꝗ intrauerūt in hūanā naturā ꝗ antea nō erāt ꝛ mō ſunt. Poſtꝙ em̄ offenſa eſt cōmiſſa. opʒ vt tollat̄ de medio vt nō ſit. qꝛ aliter nō poſſunt homines laudari.

Celū claudit trib⁹ hoībus.

Infra tit. cclx).

¶ Qualis ꝛ ꝙ magna eſt obligatio hominis pro iniuria ꝛ offenſa dei.

¶ Titulus.ccl.

Quoniā aūt nō poſſum⁹ ſcire qualiter auferatur ꝛ tollat̄ iniuria ꝛ offenſa dei quā fecit hō. niſi cognoſcam⁹ naturā ꝛ pōdus offenſe. ꝛ ip̄i⁹ cōditionē. ꝛ ꝗd ꝛ quātū eſt īn iuriare ꝛ offendere deū. ꝛ ad ꝗd ꝛ ad quātum ſe obligat hō p illa iniuria. iō opʒ etiā hoc cognoſcere. Uñ natura ꝛ cōditio iniurie ꝛ offenſe eſt. ꝙ ipa creſcit ꝛ augmentat̄ tm̄ quātuʒ pſona ꝗ eſt offenſa eſt magna. vt dictū fuit de volūtate ꝛ amore. Et iō qꝛ de⁹ eſt infinitus in ſua ptāte ꝛ maieſtate ſua. ꝛ in ſua bonitate ꝗ ſunt ineſtimabilia. ſequit̄ ꝙ iniuria ꝛ offenſa facta cōtra deū eſt infinita ꝛ ineſtimabilis. Et idē eſt de contēptu dei. Et ideō ꝗ iniuriat ꝛ offendit deū et contēnit eū. obligat ſe deo ad infinitū. ꝛ per cōſequens ad penā infinitā ꝛ punitionē que debet̄ iniurie. Itē etiaꝫ qꝛ iniuria ipſa ꝛ offenſa dei et contēptus deſtruit dei honorem ꝛ ledit eius honorē quantum in ea eſt. ꝛ au-

Tit.c.ꝛc.

fert ipm.⁊ q2 honoꝛ dei est infinit9.⁊ excedit oēs crea
turas.q2 oēs creature sunt ꝑpt honoꝛē dei ⁊ q2 honoꝛ
dei nō capit estimationē.q2 ē tātus quātus ē ipe.vt de
claratū est in caplo de honoꝛe dei.ideo sequit ꝙ ho⸗ Ti.clxxxj
mo qui iniuriat ⁊ inhonoꝛat deū.⁊ aufert honoꝛē dei.
ꝙ talis iniuria sit infinita ⁊ homo obligat deo in infi⸗
nitum.⁊ ad tm̄ quātum valet honoꝛ suus.⁊ q2 plus au⸗
fert deo ꝙ̄ ꝙ sibi auferret oēs creaturas.Itē etiā si ho
mo voluntatē dei fecisset.ex tūc infinitū bonū ⁊ infini⸗
tam mercedē meruisset.q2 talis nature est liberū arbi
trium.ꝙ dz remunerari.q2 actus liberi arbitrij sunt ta
les de natura ꝙ causant obligationem. Uñ q̇ facit pla
citum alicuius obligat ipm sibi.⁊ qui facit cōtrarium
obligat se sibi.⁊ illi obligat cui fit displicitum.Sic qui
facit placitum deo obligat deū sibi vt det sibi infinitū
bonum.q2 nulla res creata pōt esse remuneratio libe⸗
ri arbitrij.immo q̇ facit placitū deo ⁊ acceptabile me⸗
retur hr̄e deū ꝓ remuneratione.Ergo per oppositū q̇ Peccās
facit displicitum deo ⁊ iniuriā.⁊ cōtra suā voluntatē. obligat se
obligat seipm deo ad infinitū.⁊ ad tm̄ ad quātuȝ obli deo in in
garetur deus ei si faceret volūtatem eius.nō em̄ videt finitum.
ratio diuersitatis.Ex istis ꝯcluditur ꝙ homo qñ facit
iniuriam ⁊ offensam et displicitū deo.⁊ contra suā vo⸗
luntatem.ꝙ tunc facit infinitū malū.Et sic fecit homo
plus de malo ꝙ̄ deus sibi fecerat de bono.⁊ malū supe
rauit bonuȝ.q2 quicquid fecerat de9 homini hoc erat
finitum.Et sic verissime ptȝ.ꝙ qñ hō offendit deū.fe⸗
cit obligationē infinitam nouam.Et sic in rei veritate Due obli
sunt due obligationes in hoie. Prima est naturalis et gationes
de iure nature.que iam ꝓbata est.⁊ per istā obligatur pctōꝛis.
homo deo dare quicquid habet ⁊ quicquid potest.Et Tit.xcvj.
ista obligatio est bona.quia tendit ad bonū hominis Tit.xcvij.
ex toto.vt iam ꝓbatum fuit clarissime.Secūda obliga
tio est quā fecit homo ꝓ malo qd̄ fecit.⁊ ꝓ iniuria.⁊ of
fensa.⁊ ꝓ crimine.⁊ ista est mala ⁊ pessima ⁊ tendit ad
totum malum hominis.Et ista scd̄a ⁊ noua nō aufert
primā q̇ est naturalis ⁊ indelebilis et permanēs semꝑ
Et ideo hō tā ꝓ prima obligatiōe ꝙ̄ ꝓ scd̄a est obliga
tus deo.Et tm̄ hō nō pōt soluere nec reddere deo q̇ dȝ
deo.nec ꝓ prima nec ꝓ scd̄a.q2 nō pōt deo reddere to
tū amoꝛē suū.nec timoꝛē.nec honoꝛē nec obedientiaȝ.
nec volūtatē dei facere.q2 coꝛrupt9 est.⁊ mutat9 in cō⸗
trariū sue nature ⁊ ipemet fecit se talē vt nō possit deo
facere qd̄ dȝ.⁊ tm̄ semꝑ dȝ.⁊ sic debitū semꝑ manet.nec
excusat.q2 tenet.⁊ si nō pōt ipemet est in cā ⁊ in culpa
quare nō pōt.Itē nec pōt reddere ꝓ scd̄a obligatiōe q̄

est pro crimine:ꝛ iniuria ꝛ contēptu: qꝛ est infinita et
Eodē ti. infinitū dꝫ deo vt iā dictū est:ꝛ hō nō pōt soluere infi-
tū cū sit finit⁹.ꝛ ēt si q̄d posset deo reddere hoc totuꝫ
dꝫ ꝑ ꝓma obligatiōe naturali:ꝛ tñ nō excusat:qꝛ solue
re nō pōt vt dictū est:qꝛ ipse ꝑ se fecit scđaꝫ oblonem.
¶ Iste autē oblōnes sic se hñt. ꝙ qñ hō nō soluit nec
Obliga- reddit deo qđ sibi dꝫ ſm ꝓmā oblonē:tūc scđa obliga-
tio pena- tio multiplicat.qꝛ ꝓma est iustissima:et iuste debet ei
lis sp cre- qđ ei debet ſm illā oblonē. Et iō q̄ nō soluit neqꝫ red-
scit. dit deo qđ suū est.ꝛ aufert ei suū debitū iniustus est:ꝛ
iniuria facit deo:ꝛ ꝑ ꝯns peccat:ꝛ offendit ipm:et euꝫ
Ti.clxxx] inhonorat:ꝛ contēnit:ꝛ est in culpa. Vñ iā declaratuꝫ
est in capitulo de honore. ꝙ quicq̄d hō deo. semp ipm
honorat vel inhonorat.ꝛ iō qñ reddit ei illud qđ de-
bet tūc eū honorat.ꝛ qñ nō reddit ei illud qđ dꝫ: tunc
euꝫ inhonorat:qꝛ aufert ei illud qđ dꝫ:et ideo cadit in
offensam dei. Et sic obligat deo de iniuria ꝛ contētu.et
facit ei obligationē ad infinitū cum qualibet iniuria ꝛ
offensa. Et sic necesse est ꝙ si hō nō soluit qđ dꝫ ſm ꝓ-
mā obligationē ꝙ cadit in scđam:que est magis infini
ta q̄ ꝓma.ꝛ tūc qñ scđa obligatio est facta. tunc ꝓma
pōt solui.qꝛ quicq̄d hō posset. hoc totū dꝫ pro secūda.
Et sic ꝓma obligatio si nō soluit causat scđam.ꝛ scđa
si sit facta impedit primā ne possit solui. Exēpluꝫ. Si
hō debēs feneratori centū denarios ad certū tempus
cū cōditione:ꝙ si illo die nō soluerit ꝙ tūc duplum da
bit.ꝛ sic multiplicādo, donec debitor nō possit soluere
vsurā:ꝛ si vsurā nō poterit soluere: quō solueret ꝓnci-
pale debitū.s.illos centū denarios. Sic etiā hic qꝛ pri
mū debitū causat scđm qđ multū excedit primū.ꝛ hō
est debitor pro vtroqꝫ iuste:ꝛ in neutꝝ pōt soluere. Ec-
ce quō malū qđ hō facit ꝛ offensa obligat ipm ad infi-
nitū:et hō fit subiectus malo qđ ipsemet fecit. Et sic
Malum malū ꝛ iniuria dñant hoī:ꝛ ponūt ipm in manū iusti
dñat hoī cie ꝛ ei dñant.eūqꝫ inclināt ad sile agendū:qꝛ malū ꝑ-
petratū vult semp crescere ꝛ multiplicari.ꝛ nō potest
crescere nisi hō faciat ipm crescere. Et sic hō postq̄ ce
cidit in ptātē ipsius mali seu pcti:efficit seruus pecca-
ti.ꝛ ponit sub iugo ꝛ eius seruitute vt nō possit euade
re man⁹ suas. Et qꝛ ipm malū multiplicat seipꝫ postq̄
inceptū est. sic etiā multiplicat obligationē ꝯtinue. Et
sic terribilissimū ꝛ pessimū est cadere in peccatū ꝛ in
manus mali:qꝛ obligatio est maxima in quā ipm ho-
minem ponit. Et sic pꝫ quāta est obligatio hoīs ꝑ pctō
ꝛ qualiter ipm pctm̄ causat scđam obligationē in na-
tura humana. Et ideo in statu lapso hō semp multipli

cat malum iniurias ꝛ offensas contra deū. ꝛ multipli-
cat ꝛ crescere facit scdam obligationē: ꝛ sic nihil facit
de prima obligatiōe. Ecce declaratū est mō qualr hō
est obligatus duabus obligationib9: sed tñ scda multi
plicaꝰ in quolibet hoie. fm ꝙ multiplicanꝰ peccata et
iniurie cōtra deū. Et si pro qualibet offensa debeat in
finitū soluere. quō posset soluere pro pluribꝰ offensis.

¶ De magnitudie pme offense ꝛ pmi mali pmoꝝ duo-
rum hoim. ꝛ quāta sit obligatio. Titulus.cclj.

QUoniā autē offensa pmoꝝ parentū est p-
ma inter oēs in natura humana. ideo ne
cesse est in speciali tractare de illa ꝛ vide
re magnitudinē illus primi mali ꝛ obliga
tionē pro illo malo. Uñ qꝛ maior ꝛ digni-
or res est liberū arbitriū ꝛ volūtas libera
ideo nullū maius: malū ꝙ malū volūtatis et liberi ar-
bitrij: ꝛ modicū malū est ibi magnū. Et qꝛ oēs creatu-
re erāt facte ppter liberū arbitriū hois ad seruiendū
ei: qꝛ ita erigebat dignitas ꝛ excellētia liberi arbitrij.
ideo qꝛ hō corrupit liberū arbitriū. destruxit et viola-
uit totū ordinē vniuersitatis creaturarū: qꝛ pdidit se-
ipsum ita vt nil valeret. ꝛ in pdēdo seipm totū ordinē
rerū turbauit: qꝛ hō erat dignissima creaturarū ꝙ or-
nabat ꝛ decorabat totū vniuersum. ꝛ sic nō sibijpsi no
cuit tm: sed totū vniuersum deformauit in pulcritudi-
ne ordinis: quā deus. posuerat in mūdo: ꝛ quātū in eo
fuit frustrauit oēs creaturas. ꝛ sic voluit honorem dei
violare ꝛ annihilare destruēdo suū ordinē ꝛ pulcritu-
dinē sui ordinis. Ecce magnū malū ꝛ hoc fecit volun-
tarie. ꝛ est in culpa met. Itē etiā perdēdo seipsum. fru
strauit intentionē dei quātū in eo fuit: vt nihil ampli
us valeret ad illud qđ deus intēdebat facere de homi
ne. Et qꝛ fregit pceptū dei fortissimū sibi sub maxima
pena. s. mortis mandatū: cōsentiendo inimico dei ꝛ fa
ciendo eius volūtatē: ꝛ contēnendo mādatū dei et cō
minationē eius. ꝛ tamē ipse nō poterat ignorare illuꝫ
qui suadebat ei vt frangeret mādatū dei. esse inimi-
cum ꝛ aduersariū dei: quia audiuit loqui ꝯtra manda
tum dei et audiuit deū reputari mendacē. cuꝫ dixerat
nequaꝙ. sed eritis sicut dij ꝛc. Et sic inhonorauit deū
sine mēsura. faciēdo sui inimici volūtatē ꝛ faciēdo ꝯ
volūtatē dei. Itē ēt qꝛ nō solū seipꝫ pdidit ꝛ se subtra
xit a seruitio dei ꝛ a sua obediētia. ꝛ posuit se sub ma-
nu inimici dei. imo ꝛ se subtraxit ꝛ totā suā posteriori
tatē a seruitio dei. ꝛ obligauit eā sub manu diaboli. ꝛ
sic augmētauit honorē diaboli: ꝛ destruxit honorē dei

quātum in eo fuit. Ecce ergo nō per primū peccatū oē ꝺo vniuersi fuit violatus: et sua pulcritudo ꝺeuastata ⁊ ꝺeturpata. ⁊ in hoc honor ꝺei fuit lesus qui fecit pulcritudinē ⁊ orꝺinē creaturarū. ⁊ etiā ꝺeus in suo mādato ⁊ pręcepto est cōtēptus ⁊ inhonoratus: ⁊ suus aꝺuersarius honoratus. Etiam factū est magnū malum seruitoribꝰ ꝺei: qꝛ ꝺiabolus acquisiuit oēs hoīes, ⁊ ꝺeꝰ eos perꝺiꝺit. Ecce quāta ꝺāna ⁊ quātē iniurie. Ecce quāta obligatio est aꝺ reparāꝺum ⁊ satisfacienꝺuꝫ ꝓ illis: ⁊ pro honore violato. Quō autē potuerūt reparari oīa ista. Impossibile est eīm ꝙ homo satisfaciat ⁊ tamen ipse ꝺebet.

¶ Qꝛ oīs homo si vult ⁊ ꝺebet liberari ab illa obligatione infinita ⁊ restitui aꝺ illuꝺ bonuꝫ ꝓpter qꝺ factꝰ est. inꝺiget satisfactione infinita quam nō pōt facere nec soluere nisi ꝑsona infinita: que simul sit ꝺeꝰ et hō in eaꝺem persona. que pro seipsa nulli pene sit obligata.

Titulus.cclij.

Ti.ccl. Iam autē ꝺeclaratū est ꝙ malū voluntarium hoīs qꝺ fecit ē infinitū. ⁊ culpa hoīs est etiaꝫ infinita ⁊ iniuria ⁊ offensa. ⁊ qꝛ culpe infinite ꝺebetꝛ pena ⁊ punitio infinita. ⁊ hoc ꝺeclaratū est in capl̄o ꝺe com

Ti.lxxxij. paratione hoīs aꝺ alias res per ꝺifferentiam liberi arbitrij. Et nisi culpe ꝺetꝛ ꝺebita pena eēt ꝺare vacuuꝫ in vniuerso qꝺ natura nō patiꝛ nec ꝺeꝰ. q̄ oēs creaturas orꝺinat recte ⁊ nihil relinquit inorꝺinatuꝫ in vniuerso. Et iꝺeo ꝺe necessitate hō est obligatꝰ aꝺ infinitā penā. ⁊ per ꝯñs aꝺ eternā penā. Si autem homo ꝺebeat iuste liberari ab ista pena ifinita ⁊ eterna necesse est ꝙ satisfaciat pro ea: ⁊ ꝙ satisfactio sit tāta quanta pena est aꝺ quā obligatꝛ: ⁊ ꝺet tantū ꝺeo ꝺe suo voluntarie ⁊ spōte. pro quāto nō ꝺebuit ꝺeū offenꝺere neqꝫ inhonorare. Et qꝛ homo nō ꝺeberet ꝺeū inhonorare etiā si necesse esset perire oē quoꝺ nō est ꝺeus. ⁊ si necesse esset perire infinitos munꝺos. imo homo potiꝰ ꝺeberet ꝺimittere perire oēs creaturas que sunt seu possunt esse. anteqꝫ inhonoraret ⁊ iniuriaret ꝺeū ⁊ faceret aliquiꝺ cōtra suā volūtatē ⁊ cōtra suum manꝺatū. Pro cōseruāꝺa ergo omni creatura nihil ꝺeberet homo facere cōtra voluntatē ꝺei. Unꝺe ꝺeus fecit oēs creaturas ꝺe nihilo. Facere ergo cōtra voluntatem ꝺei nō est cōparabile alicuiꝰ ꝺāno seu inhonorare ꝺeū. Igitur si homo vult liberari a pena aꝺ quaꝫ est obligatus ꝓpter offensam ⁊ iniuriā ꝺei. ⁊ quia ꝺeū iniuriauit ⁊ inhonorauit: oportet ꝙ reꝺꝺat aliquiꝺ ꝺe-

⁊ ſue iuſticie per honorem quem abſtulit maius ꝙ̄ ſit illud pro quo nō debuit deū inhonorare:nec facere cō tra ſuā volūtatē:nec aliter ſatiſfacit. Apparet ergo ꝙ ſatiſfactio quā homo debet dare deo vt liberet ſit infi nita.quia pena eſt infinita ⁊ debitum infinitū.et ſi nō ſoluit debitā ſatiſfactionē non eſt dignus nec debet li berari a pena quā debet:quia neceſſe eſt ꝙ ad oē pec catum ⁊ culpā aut ſequaṫ pena aut ſatiſfactio:aliter eſ ſet inordinatio in vniuerſo.quia ipſa pena ſeu ſatiſfa ctio ordinat peccatū ſeu ipſam iniuriā.⁊ quia etiā cul pa nō deſtruiṫ niſi per ſuū cōtrariū.ſ.per meritū:nec offenſa ſiue diſplicitum non remoueṫ niſi per placitū. Ideo oportet ꝙ homo vt deſtruat culpam faciat aliqḋ meritum quod ſit tantū quāta fuit culpa ſeu peccatū: ⁊ vt deſtruat diſplicitum dei.oportet ꝙ faciat deo tan tum placitū quātum fuerat diſplicitum: aliter culpa ⁊ iniuria remanerent in ſuo vigore: nec homo poſſet deo reuniri:neqꝫ recōciliari niſi illud tollaṫ de medio quod impedit eorū vnionē.Igiṫ ad recuperandā ami ciciā dei pfectā neceſſe eſt ꝙ reddat deo infinitā ſatiſ factionem ꝑpter obligationē infinitam.et ꝙ hoc faci at deo magis placite ꝙ̄ diſplicuit ſibi.Ergo neceſſe eſt ꝙ talis ſatiſfactio ſit voluntaria libera ⁊ amoroſa pro cedens de intimo cordis affectu. de optima voluntate ſine aliqua coactione ⁊ ſine violentia:aliter ſatiſfactio nō eſſet acceptabilis deo:nec tolleret iniuriā. nec per ꝯſequēs vniret ⁊ cōiungit hominē cuꝫ deo.nec tollit ini micicias:nec deū placat.Nō poteſt ergo homo ſine ta li ſatiſfactione voluntaria liberari a ſua obligatione neqꝫ reſtitui ad illud bonuꝫ ꝑpter quod fact⁹ eſt neqꝫ deo recōciliari.Et qꝛ nullus homo qui eſt obligatus ⁊ debitor pene infinite poteſt ſatiſfacere:nec pro ſe:nec pro alio:nec poteſt habere taleꝫ ſatiſfactionē infinitā: quia nec oēs hoīes inſimul nec infiniti mūdi ſi eſſent. poſſent ſatiſfacere pro tali debito. neqꝫ quicqḋ eſt ci tra deū:nec aliqs hō purus:nec oēs.inſimul cum ſint obligati ad penā infinitā poſſent ſoluere tātū debitū: nec facere deo tātū ſeruitiū voluntariū qḋ deſtruat ⁊ vincat iniuriā iam factā.⁊ hoc maxime qꝛ quicqḋ poſ ſent facere totū iam debent ⁊ ſunt in debito. ſed talis ſatiſfactio debet fieri de aliquo qḋ nō ſit iam debituꝫ deo neqꝫ deo obligatū.Ideo concludiṫ ꝙ cum illud qḋ debet hō ſoluere deo pro ſatiſfactione dꝫ eſſe maius ꝙ̄ qcquid eſt citra deū.⁊ hoc nō eſt niſi de⁹.ſequiṫ ꝙ̄ ꝙ nullus pōt facere iſtā ſatiſfactionē niſi de⁹. ⁊ null⁹ dꝫ ⁊ teneṫ facere niſi hō.ergo oportet ꝙ ille qui faciet ſit

Q, ſatiſfactio dꝫ eſſe volūtaria.

deus ⁊ hō. ita q̄ sit vna ⁊ eadē psona q̄ sit de⁹ ⁊ hō. ita q̄ nō sit alius de⁹ ⁊ ali⁹ hō. ita q̄ nō sint due psone. sꝫ ita cōiungāt due nature scꝫ dei ⁊ hois vt ideꝫ sit de⁹ q̄ est hō. Nā si alr̄ coniungantur impossibile est q̄ satisfactio fiat. quoniā si sit alius deus ⁊ alius homo. tunc deus faceret quod nō debet ⁊ hō faceret quod nō potest. Ut igitur hanc satisfactionem faciat deus et hō oꝫ eundē esse pfectū deū ⁊ pfectū hoieꝫ qm̄ eā nō pōt facere nisi verus de⁹. ⁊ eā nō dꝫ facere nisi verus hō.

Q̄ satisfactor nr̄ sit deus ⁊ homo.

Itē si satisfactio debet fieri ⁊ hō liberari. necesse ē inuenire deū ⁊ hoieꝫ seruata vtraq̄ natura in sua integritate. ⁊ necesse ē has duas naturas cōiūgi in vnā psonā sicut corpus ⁊ aīa rōnalis cōueniūt in vnū hoieꝫ qm̄ alr̄ fieri nō pōt vt idē ipe sit de⁹ pfectus ⁊ pfectus hō. Et tūc talis psona erit infinita. ⁊ ēt tunc talis psona habebit in se aliqd qd supabit qcqd est citra deū ⁊ erit maius q̄ oē debitū qd deberēt soluere oēs hoies. p satisfactione. Et cū talis psona nihil p se debeat. qꝛ ita opꝫ eē q̄ nihil p se debeat. ⁊ sic poterit soluere pro oibus q̄ nō possunt reddere qd debēt qꝛ non habent.

In xp̄o inuenit meritū ⁊ placitū infinitum.

Igit extra talē psonā nō pōt inueniri satisfactio infinita quā hoies debent ad debitū infinitū. In sola igit tali persona potest inueniri illud quo hō indiget. Uñ talis psona poterit hr̄e meritū infinitū. ⁊ etiā poterit facere placitū ifinitū dupl'r. pmo qꝛ de⁹. scd'o qꝛ erat psona ifinita ex pte dei cui fiet placitū. qꝛ oē placitū ⁊ acceptū deo ē ifinitū. Et sic duob⁹ modis meritū seu placitū qd poterit facere erit ifinitū. Sꝫ culpa hois seu iniuria ⁊ offēsa fuit solū ifinita vno mō. s. ex pte dei ꝯ quē facta est. ⁊ nō ex parte faciētis. ⁊ iō meritū seu factum placitū talis psone infinite erit maius. ⁊ sic vincet ⁊ destruet totalr̄ ⁊ supabit oēm culpā. ⁊ oē demeritū. ⁊ oēꝫ iniuriā ⁊ oēm offensam et oē displicitū qd est ꝯ deum ex parte hois. Ergo si talis psona infinita det aliquid de suo pro hoibus ad satisfaciendū p eis iusticie dei. ⁊ hoc cū bona volūtate cū intimo cordis affectu. tūc satisfaciet deo totalr̄ ⁊ tollet iuriā ⁊ offēsaꝫ oēꝫ. Sic q̄ hēmus iā dictū q̄ sunt necessaria. ⁊ quibus indiget hō si velit ⁊ debeat liberari. Primū est satisfactio infinita voluntarie facta. Secundum est persona infinita que simul sit deus ⁊ homo.

¶ De cōditiōib⁹ q̄s dꝫ hr̄e talis psona ifinita q̄ ē necaria p satisfactiōe. ¶ Ti. ccliiij.

ET qꝛ natura humana indiget p sua liberatione tali persona infinita q̄ simul sit deus ⁊ homo. ideo vlterius cōsiderare ⁊ inuesti

gare debem⁹ de cōditiōib⁹ necessarijs q̄s dꝫ hr̄e ista ꝑsona. q̄ cōueniant satisffactioni. qm̄ si nō habeat oēs cōditiones q̄ req̄runt ad satisffactionē nō satisfaceret ꝓ hoībus. ꝛ iō oportet ꝙ sit ꝓꝓorcionata satisffactioni sicut hō indiget. Et iō opꝫ ꝙ sit de genere istius hoīs q̄ est obligatus ad penā infinitā ꝛ nō sit de nouo fact⁹ sicut ꝑmus hō. qm̄ si nō sit de genere primi hoīs q̄ ē debitor. tūc talis hō q̄ est deus inq̄tū hō nō ptinebit ad genus hūanū. nec ad hoīes descendentes a p̄mo hoīe qui fecit offensam. Quare sequit̄ ꝙ nō dꝫ satisffacere ꝓ illo quātū erit de illo. Sicut em̄ iustū est vt ꝓ culpa et offensa oīs hō satisffaciat. ita etiā oportet ꝙ satisffaciēs sit idem cum eo qui obligatus est. Oportet enim ꝙ sit eiusdem gn̄is. aliter nec ꝑmus hō nec gen⁹ ipsius satisffaceret ꝓ se. Ergo sicut de duobus primis hoībus obligatio in oēs hoīes descēdit. ita nullus nisi q̄ de ipsis nascit̄ dꝫ satisffacere ꝓ illa obligatiōe hoīm. Oportet ergo ꝙ ille hō q̄ satisffaciet nascat̄ de gn̄e primi hominis. q2 hoc req̄rit satisffactio. ¶ Ulterius opꝫ ꝙ talis hō q̄ satisffaciet ꝓ hūano genere. ꝯcipiat̄ ꝛ generet̄ mūdissime scꝫ sine libidine ꝛ sine corruptiōe. ꝛ iō sine coitu. Uñ q2 iā declaratū fuit ꝙ mēbra genitalia tā in viro q̄ in muliere sunt mēbra inobedientie. et ꝙ mouent̄ ꝯ rōnē. ꝛ ideo sunt mēbra pc̄ti ꝛ mēbra rebellionis. Et iō hoc fuit causa ꝙ oēs hoīes sunt rebelles. q2 ꝑ ip̄a mēbra libinosa generant̄ ꝛ ꝓducunt̄. ita ꝙ ꝑ illd̄ mēbrū genitale itrat oīs corruptio in oēs hoīes. Opꝫ ergo talis q̄ dꝫ esse deus ꝛ hō ꝛ q̄ satisffaciet ꝓ hoībus. ꝙ nullo mō sit cōceptus nec gn̄atus ꝑ mēbrū genitale cū ipse debeat destruere oēm culpā ꝛ oē pc̄m̄. q2 iam esset in carne initiū corruptionis ꝛ culpe. ꝛ tūc eēt debitor ꝛ obligatus esset sicut alij hoīes. ꝛ tūc nō posset satisffacere ꝓ alijs hoībus. Natura ergo satisffactiōis exigit ꝙ caro illius hoīs nō sit generata ꝑ viruꝫ. ꝯ non debet esse de semine viri. quia si sic nihil valeret nobis ꝓ satisffactione. ꝛ sic erit sine patre immediato. Erit ꝯ talis homo formatus q̄tū ad corpus imediate ꝑ manū dei. quia aliter fieri non potest. Quia sicut primus hō imediate factus fuit ꝑ manū dei. ita et scd̄s. Sꝫ q2 oportebat vt iste scd̄s hō q̄ satisfaceret pro hoībus nasceret̄ ab hoīe. scꝫ a viro vel muliere. et de genere ꝑmi hoīs. ꝛ cum mulier est ordinata ad concipiendum et ad nutriendum ꝛ ad lactandum. conuenientius fuit vt a muliere generaretur q̄ a viro. et hoc sine concupiscentia libidinosa mulieris. ita ꝙ ista mulier de qua formabatur nullam sentiat libidinem. immo necesse

Q̄ redēptor sit homo.

Q̄ redēptor gn̄etur sine libidine. Titulo. cclviij.

Oportuit x̄p̄m sine virili semie cōcipi.

Oportuit mariaꝫ esse v̄ginem.

est q in illa muliere nunq fuit libido. et ideo necesse est q talis mulier sit virgo ppetua. Et quia tale corp9 ipsius hois nō erat conceptū in vulua mulieris. sed in ventre per virtutē dei de sanguine mulieris sine violatione virginitatis. iō etiam necesse est q talis hō ēt nascatur de ipsa muliere sine fractione τ aptione vulue mulieris. Quia sicut non intrauit. ita non dz exire. Qm̄ vulua mulieris nō aperit nisi p membrū viri cum libidine. iō cū vulua illi9 mulieris nullo modo debeat aperiri per membrum viri. sequitur q ille hō nascendo de tali muliere nullo mō debeat aperire uuluā eius aliter relinqret in ipa signa libidinis τ corruptionis carnis τ signa. ac si ipsa libido pcessisset τ fuisset aperta per mēbrum viri. que oia debēt esse aliena ab ipso hoie quē requirit diuina iusticia τ hūana obligatio. cū debeat summe distare a libidine et ab oi vestigio libidinis. Uñ alias faceret opus qd cōsueuit mēbrū virile facere scz vuluā mulieris apire. τ tamē dz esse elongatus ab illo membro totaliter τ a proprio opere. qd soli illi mēbro vicioso ac rebelli et libidinoso cōuenit. Ergo necesse est q ille hō q p manū dei fuit formatus intus in vētre virginis mulieris sine oi libidine nascatur τ exeat sine apertione et violatione sicut intrauit. τ vt ipsa maneat virgo incorrupta. ¶ Et vt in gñali et breuiter concludamus oēs cōditiones psone illius infinite. que necessaria est hoi τ nature humane p solutione satisfactiōis. opz q habeat tales conditiones ex parte humanitatis et aie et corporis q nullo mō derogēt nec ↄ̄uenient diuine nature τ deitati. nec derogēt nec discōueniāt satisfactioni et solutioni. p qua faciēda est necessaria nobis illa psona. imo totaliter cōueniāt τ pportionent. Et iō exinde possum9 cōcludere in gnāli oēs ↄditiones qtū ad aiam τ qtū ad corpus τ qtū ad vnionē aie τ corpis cū natura diuina in vna psona. Et qm̄ i natura diuina sunt tres psone realiter distincte. scz pr̄ τ fili9 τ spūsctūs. ideo videamus q psona ē magis ↄueniēs vel pr̄ vel fili9 vel spūsctūs cū q vniret hūanitas seu corp9 τ aia. Et appet q psona filij sit magis ↄueniēs. vt sit vna psona i duab9 naturis. qm̄ psona filij dei hz mltas cōueniētias cū hoie. qd nō hn̄t alie psone. Uñ qr fili9 ē pductus et accepit oia q hz a pr̄e τ accepit eē. ita hō etiā est pduct9 τ accepit eē a deo. Et ēt fili9 est imago pr̄is increata. τ hō ē imago dei creata. τ sic magis ↄuenit pduct9 cuz pducto q iproductus. iō magis ↄuenit psona filij dei q patris. τ ēt qr magis cōuenit imago cū imagine q ille q

Oportuit xp̄m nasci ex virgine.

Qr filius sit carnatus.

non est imago.ideo magis couenit filius ꝙ spūsſctūs.
Etiā quia erit filius hoīs ꝯuenit ꝙ potius sit fili⁹ dei.
qr iā filius dei est ꝙ ꝙ sit spūsſctūs. qr rōnabile est ꝙ
q p̄rem hȝ in celis,ꝙ mr̄eȝ habeat ī terris.Itēq3 hoīes Tit.ccxx-
sunt filij dei ex parte aīe vt ꝓbatū ē.ꝙuis sūt deforma viij.
ti.ideo magis couenit fili⁹ dei naturalis ꝙ spūsſctūs.

¶Si talis ꝑsona infinita inquātū hō debeat eē mor-
talis vel immortalis ad satisfaciēdū. Titu.ccliiij.

Quoniā aūt talis persona erit infinita q̄ si-
mul deus sit ⁊ hō.iō est necessaria ꝓ satis
factione totius hūane nature. vt scȝ habe
at in se aliq̄d maius ꝙ q̄cq̄d est sub deo.
qđ spōte det et nō ex debito deo. qđ extra
talem ꝑsonā talē hīem vel aliq̄d tale inuenire nō pos-
sumus.queramus ergo quid poterit dare talis perso-
na qđ valeat tm̄.ꝑ qđ possit fieri infinita satisfactio.
Aut eñ ille hō qui sic erit deus ⁊ hō dabit seipsuȝ aut
aliq̄d de se.videam⁹ ḡ qualis dȝ eē talis datio seu do-
natio.Vñ cū talis hō inquātum hō est creatura dei.se
quitur ꝙ q̄cq̄d hȝ est dei.⁊ est obligatū deo. ⁊ oīa q̄ po
test dȝ deo ꝑ primā obligationē naturalē. qr q̄cq̄d ha-
bebit accepit a deo.Et iō debet deo honorē.obedien-
tiā ⁊ amorē.⁊ totū quicq̄d facere poterit erit iam deo
obligatū ⁊ debitū: non ꝓ iiuria qr nullā fecit. sȝ ꝓ na
turali p̄ia obligatione.qr oīa ab eo accepit. Quō er-
go poterit satisfacere ꝓ alijs hoībus.cum oīa ꝓ seipso
debet.⁊ de⁹ ex debito exiget ab illo hoīe quicq̄d hȝ et
quicq̄d poterit.qr creatura sua erit. Queramus ḡ q̄d
in se habebit ille hō qđ deo nō sit debituȝ.sed sit vere
suū. et qđ deus nō possit ab eo exigere.Si eñ nil tale
hȝ.nō poterit satisfacere ꝓ alijs qui debēt deo infini-
tum ꝑ scđam obligationē.Sed certe ille hō non tenet
se tradere morti seu aīam suā ⁊ vitaȝ exponere ꝓ ho-
nore dei.qr hoc nō exiget deus ex debito ab illo hoīe.
scȝ.ꝙ det vitā ⁊ aīaȝ suā ad mortē.Vñ qr mors ē in oī-
bus hoībus ꝓpter pctm̄ ⁊ culpā.qr si p̄im⁹ hō nō pec
casset.nūꝙ mortu⁹ fuisset.ḡ cuȝ iste hō erit sine pctō
et sine oī culpa innocētissim⁹ cuȝ sit de⁹,multo magis Per mor-
nō debebit mori.Ergo si ille det spōte ⁊ libere se mor- tem xps
ti ad honorē dei.tūc dabit aliq̄d de suo qđ de⁹ nō exi- debuit sa
get ab eo ex debito.nec ēt pōt ab eo exigi ꝑ obligatio- tisfacere.
nē.qr nō est pctōr.Etiā nō poterit se magis dare deo ꝙ
dare vitā ⁊ aīam suā ad honorē illius.Nec etiā aliq̄d
poterit dari ꝑciosius deo. qr nihil asperius aut diffi-
cilius potest hō spōte et nō ex debito pati.ꝙ mortē ad
honorē dei.Igit seq̄t ꝙ necessaria erit mors illius ho-

minis ad satisfaciēdū ꝓ aliis hoibꝰ. Ergo ꝑ solā mortē illius hois poterit fieri satisfactio seu ꝑ vitā suam spōte traditā morti ad honorē dei. Inuenimus igitur ꝓcium ꝛ debitū ad soluēdū ꝓ pctis ꝛ iniuriis acōmissis oīm hoim. Igitur necessariū est ꝓ satisfactiōe totius humane nature. ꝙ talis hō q̄ erit deus ꝛ hō q̄ necessarius erit ꝓ satisfactione sit mortalis. ita ꝙ possit mori si velit ꝛ hoc spōte. Quis sit deꝰ. Et tñ ipm nullus poterit occidere si nō velit. nec ꝯ suā voluntatē ꝛ hoc q̄a erit deus ꝛ sine peccato. Si eīm nullo mō mori posset. nō esset vtilis nec cōueniēs ꝓ satisfactione hoīum. Et etiā hoc est summe conueniens vt satisfactio fiat per mortē qꝛ hoies sunt obligati ad sustinēdū mortē eternam. sed cōueniētius fieri nō pōt. vt hō euadat mortem eternā quā debet nisi hō sustineat illā volūtarie qui nō debet. Sed hō qui iā obligatus est ad infinitā penā. nō pōt soluere talē penā. que liberet a pena infinita. quia quācunq̄ penā acciperet iuste ꝛ digne eā sustineret. Ut igitur homo qui est obligatus ad debitam penā possit euadere ipsam penam. necesse erit vt
Qꝛ xp̄us volūtarie moriatur talis hō ꝓ hoie suscipiat penā voluntarie ꝛ spōte. qui nil pene debeat pro se. Sed nullus talis poterit eē nisi ille homo quē querimus. qui erit deus ꝛ hō. vt moriendo ꝛ sustinendo penā pro homine quā sustinere nō debeat iuste. hō ꝓpter eā euadat ꝛ mortē ꝛ penā quā debebat. Et ideo necesse erit ꝙ ille hō qui est necessarius nobis pro satisfactione possit pati ꝛ mori ꝛ sustinere penā si velit. sꝫ nullo mō possit pati nec mortem nec aliquā penā contra suā voluntatē. nec aliqua res possit sibi nocere cōtra suā voluntatē. sed sua volūtate ꝑmittente oīa possit. Nā innocentissimꝰ erit nec ꝓpter hoc talis homo erit ī miseria. sicut ceteri hoies mortales. qꝛ volūtarie erit talis vt possit pati. sed non contra suā volūtatē. Necesse est etiā ꝙ ille homo qui erit necessarius ꝓ satisfactione nostra. intelligat ꝛ co-
Qꝛ xp̄s cognoscat oīa bona ꝛ mala hominis. gnoscat oīa bona ꝛ oīa mala hois ꝛ cognoscat perditionē ꝛ lapsū hominis et oīa que sunt necessaria pro reparatione ꝛ totali satisfactione. ꝛ quid debeant homines deo. ꝛ ꝙ cognoscat de seipso quid erit illud qḋ oportet deo fieri pro hois satisfactione. ꝛ etiā ꝙ ipse cognoscat ꝙ ipse solꝰ est q̄ pōt satisfacere ꝛ nō alius. ꝛ hoc ꝑ mortē suā. Et ꝙ si ipse nō moriat. ꝙ oēs hoies ꝑdētur eternalr. qm̄ si nō cognosceret hoc nō posset satisfacere. quia oportet ꝙ det vitam suam voluntarie ꝛ scienter propter peccata hominum.

¶ De benignitate amore et pietate. patientia ꝛ mansuetudine ipsius

Tit.cclv. De benignitate amore ⁊ pie. ⁊ mã. ip̄ius
ſuetudine ipſius. Titulus.cclv.

E Tqm̄ iã declaratũ eſt ꝙ ſatiſfactio quam debet facere iſte hõ quẽ querimus ⁊ quo indigemus. oportet ꝙ ſit voluntaria ⁊ ſpõtanea cũ magno cordis affectu et optima voluntate quia aliter non tolleret offenſam ⁊ iniuriã que inter deũ ⁊ hoĩes eſt. nec placeret irã dei. idõ oportebit ꝙ ille hõ q̃ ſatiſfaciet ꝓ hoĩbꝰ nõ ſolũ moriatꝛ ⁊ det vitã ſuã morti ad honorẽ dei. immo oportebit ſi debeat ſatiſfacere ꝙ ſuſtineat mortẽ libẽtiſſime ⁊ volũtarie cũ deſiderio. ⁊ cũ itimo cordis affectu ad honorẽ dei. q̃ nullꝰ poterit eũ cogere niſi ip̄emet ꝑmittere velit. Et idõ neceſſe erit ꝙ talis hõ ſit benigniſſimꝰ vt habeãt volũtatẽ ita piã ⁊ benignã erga hũanã naturã ⁊ alios hoĩes. ⁊ tantũ diligat hoĩes et cõpatiatꝛ eis. vt velit mori ⁊ dare vitã ſuã pro ip̄is. vt per mortẽ ſuã liberentꝛ a penis eternis. ⁊ ꝙ magis velit ſaluationẽ hoĩm q̃ ſeruare vitã ſuã. qm̄ ſi nõ ſit ita tũc nõ morietꝛ ꝓ hoĩbꝰ q̃ nullꝰ poterit eũ cõpellere ad moriẽdũ niſi ꝓcedat ex eiꝰ mera volũtate pia ⁊ bona. Et idõ oportebit ꝙ nõ attẽdat ad maliciã hoĩm. nec ad iniurias nec ad offenſas. ſꝫ magis attẽdat ad hoĩes ꝓpter naturã hũanitatis. ⁊ diligat eos inq̃ntũ ſunt homines ⁊ portãt dei imaginẽ ꝓpter aĩaꝫ rõnalẽ. ⁊ iquãtũ ſunt ſui frẽs ꝑ ſui naturã. Et idõ oportebit ꝙ nõ hẽat hoĩes odio ꝑꝑ pctã ⁊ malicias eoꝝ. ſꝫ magꝭ ꝯpatiatꝛ ⁊ doleat de malis eoꝝ. qm̄ ſi talis nõ eẽt. tũc nõ eẽt cõueniẽs ꝓ ſatiſfactiõe. ⁊ tali hoĩe indiget natura hũana nec põt aliter liberari. Et idõ neceſſario oportebit ꝙ tãta ſit ſua bonitas ⁊ benignitas. ꝙ vincat maliciã ⁊ neq̃tiã. ⁊ tãta ſit ſua mãſuetudo ꝙ vĩcat oẽꝫ crudelitatẽ ⁊ ipietatẽ. ⁊ tãta ſit ſua patiẽtia. ꝙ vĩcat oẽꝫ iniuriã ⁊ offenſaꝫ ſibi inferẽdã. Et idõ opꝫ ꝙ ſit talis ꝙ diligat oẽs ſibi ꝯdicẽtes vel ꝑſequẽtes aut ip̄m occidere volẽtes. ita ꝙ tãta ſit i eo bõitas ꝙ oẽs remittat offenſas. ⁊ de nullo velit vindictã ꝓpter aliquã iiuriã. qm̄ talis ẽ neceſſariꝰ hoĩbꝰ ꝓ ſatiſfactione. O q̃nta bonitas ⁊ benignitas erit iſta. ꝙ talis hõ iuſtꝰ ⁊ inocẽs venit mori ⁊ dare vitã ſuã ꝓ hoĩbꝰ iiuſtis iniq̃s malis ⁊ igratiſſimis. ꝑditis ⁊ oĩ pena dignis. ⁊ ꝓ pctis culpis ⁊ offenſis oĩꝫ hoĩꝫ totiꝰ mundi. Et idõ neceſſe ẽ ꝓpter ꝑdicta ꝙ iſte hõ ſit de gñe eorũdẽ hoĩꝫ q̃ obligati ſũt ad penã. ꝓpter amorẽ vnitatẽ ⁊ ꝓpinq̃tatẽ. qm̄ magꝭ diliget hoĩes ⁊ ꝯpatietꝛ eis. q̃ erit de natura eoꝝ. Uñ ſi fieret de nouo ſicut ꝑmꝰ hõ. nõ eẽt tãtũ ꝓpinquꝰ hoĩbus obligatis ad penã. O quãtũ hõ ⁊ tota hũana na-

Titulo ꝓcedẽti.

Oportuit xp̄ꝫ ex charitate pati.

xp̄s patiẽdo debuit naturam humanaꝫ inſpicere

xp̄s debuit crucifigẽtes diligere.

tura deberet gaudere ꝙ talem poterit habere homi-
nem qui pro eis satisfaceret.

¶ Qualiter ille hō poterit mori ⁊ occidi ad hono-
rem dei ⁊ quis eum poterit occidere. Titulus.cclvi

T qꝛ mors illius hoīs qui erit deꝰ ⁊ hō
erit totū preciū ⁊ satisfactio liberatiōis
hoīm si nt volūtarie ⁊ ad honorē dei sn
scepta. iō vlteriꝰ inuestigādū ē quō po
terit ille hō vitā suā dare morti sponte
ad honorē dei. an ipemet se debeat occi
dere. vel an alij eū debeāt occidere. Sed ꝙ ipsemet se
xp̄s dōbuit ab alijs occidi. occideret. hoc nō ēēt ad honorē dei. imo cōtra hono-
rem dei. ergo necesse erit ꝙ alij eū occidāt. ⁊ ꝙ ip̄e ve
lit ⁊ ꝑmittat se occidi ad honorem dei. ⁊ tūc etiā opꝫ ꝙ
ip̄e habeat inimicos q̄ eū occidāt ⁊ ꝑsequant̄. ⁊ opꝫ ꝙ
etiā sit aliq̄ cā. que sit ad honorē dei. ꝓ qua sustinēda
⁊ defendēda: ip̄e det vitā suā ad mortē. ⁊ ꝙ ꝓ illa cā
alij occidāt eū. Et iō iuestigemꝰ quō poterit hoc fieri.
Jdeo ꝯsiderare debemꝰ ꝙ iste erit solus bonus inter
oēs hoīes ⁊ oīes alij erunt mali. nisi mater sua q̄ erit
bona ex necessitate. Et cū hoīes sint lapsi ⁊ corrupti
Ti. ccxx. ac ꝑuersi. vt declaratū est in tractatu de lapsu ad lon
gum. ꝑ ꝯn̄s faciunt mala opera ⁊ ducunt pessimā vi-
tā. ⁊ totaliter faciunt ꝯ deū oīa oꝑa sua. ⁊ cōtra iustis
simā equitatē ⁊ veritatē. qꝛ oēs amant suā ꝓpriam vo
luntatē ⁊ propriū honorē ⁊ nolunt corrigi nec audire
corruptiones. Et qꝛ ille hō perfectus erit totus bonꝰ
Qr xp̄s ꝓpter veritatē ⁊ iusticiā dōbuit occidi. contrarius alijs hoībus. ideo oportet ꝙ quantū pote
rit impugnet eoꝝ malā vitam ⁊ mala eoꝝ opera. ⁊ pre
dicet ⁊ corrigat hoīes ꝑ verba sua. ⁊ necesse erit ꝙ doͤ
cat veritatē hoībꝰ quā hoīes nolūt audire. Et sic q̄a
etiā opera sua erunt ꝯtria operibus aliorum incurret
inimicicias ⁊ inuidiam plurium qui nolūt audire ve
ritatē. ⁊ sic predicando ⁊ tenendo immobiliter ⁊ i de
clinabiliter veritatem ⁊ iusticiam ⁊ hoc viuendo ⁊ lo
q̄nēdo, plures habebunt eum odio vſq ad mortē. Et
sic si isto modo ip̄e neq ꝓpter odium neq propter ti-
morem mortis nō velit desistere a sua veritate ⁊ iusti
cia sic occidēt eum. qꝛ cōtrarius est eis. ⁊ ip̄e permit-
tet se occidi fortissime ⁊ firmissime. perseuerando in
his que dei sūt. Nōne tūc dabit vitā suā spōte ad ho
norē dei. Quāuis eñ ip̄e tenet̄ dicere veritatē ⁊ eā te
nere viuēdo ⁊ loquēdo ad honorē dei. tñ nō tenet̄ mo
xp̄us moriēdo de ri ꝓ honore dei ex debito nisi ip̄e velit. Jtē hoc ēēt da-
bit exēplū efficacissimū alijs hoībꝰ vt nullo mō dese-
rāt nec relinquant veritatem dei nec iusticiam eius.

gaudet de malo. Sic ergo propter tm̄ placitū ꝛ tantaꝫ cōplacētiā quā de⁹ hꝫ ꝛ oēs amici ei⁹ in pnia. dꝫ hō totis virib⁹ cognari. vt ad pniam festinet ꝓ pctis suis. ¶ Aliud inductiuū ad pniam. ¶ Itē aliud qđ pōt incitare ꝛ inducere hoiem ad pniam ē visio dei. qꝛ deus videt hoīs volūtatē. ꝛ videt q̄liter hō ꝫ in domo sua. s. in corde suo. qđ meli⁹ ꝛ nobili⁹ mēbrū ē in hoie. in secreto ꝺi inimicū capitalē. ꝛ illđ qđ de⁹ hꝫ sūme odio. ꝛ qđ deo sūme displicet. et nō solū tenet ſꝫ defendit. nutrit et abscōdit atq; augmētat. ꝛ inducit ipm̄ in domū suā volūtarie. imo nō in domū ꝓpriā. ſꝫ in domū dei. qꝛ cor de iusticia est habitaculū dei ꝛ pertinet deo. Etiā hō (qđ pei⁹ est) fecit ipm̄ inimicū. qꝛ añ nō erat. ꝛ cogitat ſp quō poterit multiplicare ipꝫ. Oīa ista de⁹ videt. Dꝫ ḡ hō in sūmo timere. ꝙ. s. teneat in seipso inimicū dei. ꝛ ꝙ custodiat ꝛ defendat atq; nutriat ipꝫ ipso vidēte. p̄sente. ꝛ sciēte. inimicū sui creatoris. redemptoris atq; iudicis. Quis em̄ eēt ausus tenere. custodire atq; nutrire i regno regis inimicū regis capitalē rege presente. vidente. ꝛ sciente? Nonne ille faceret regi magnā ꝯtumeliā ꝛ offensaꝫ atq; iniuriā? Nōne etiā ille merere a rege magnā vīdictā? Imo etiā q̄s eēt ausus cogitare seu in aīo ꝓponere. inimicuꝫ regis velle hospitare in domo sua rege sciēte talē cogitatiōem seu tale ꝓpositū. Et q̄s eēt ausus intrare domum regis. et portare regis inimicū depictū añ faciē regis? Et quis eēt ausus recipe bona a rege. ꝛ viuere de bonis regis. ꝛ suū inimicū capitalē in domo sua hospitare ꝛ defendere ipo sciēte? Credo ꝙ nullus esset ita ausus. Ergo postq̄ hō scit ꝛ cognoscit. ꝙ pctm̄ qđ ipe tenet i corde suo est inimicus dei capitalis. ꝛ ꝙ deus hoc videt ꝛ cognoscit. ꝛ ꝙ scit. si ipsum non expellit statim de corde suo. tūc facit deo maximam iniuriā. offensam ꝛ cōtumeliā qꝛ reputat eū vel ipotētē. vel insciētē. vel fatuū. Nōne ille stat in maximo ꝑiculo absq; fallo. Qꝛ timor ē ꝛ summe timendū. nisi hō statim ipm̄ a se expellat ꝙ deus faciat vindictā. et ostēdat suā potētiā. sciētiam et iusticiā. ꝛ ꝑciperet ipm̄ cū inimico suo in ꝓfundū inferni. immo mirū est et sup oīa mirabilia. quō de⁹ sustinet tāto tpe inimicos suos mortales. Et q̄ hoc nō sentit periculū neq; timet. amisit itellectū ꝛ rōne caret. et merito fatuus reputabit. maxime in tpe vltiōis. Et in isto appet dei imēsa clemētia et bonitas sic sustinere nutrire ꝛ defendere a diabolo suos inimicos ꝛ suoruꝫ inimicoꝝ zelatores atq; defensores. Nā nō posset maior bonitas excogitari. Et ex hoc appet ꝙ de⁹ nō vult

hoiem pire.sȝ expectat ipsum ad pniam.sȝ vt saluetur pcit.nec pōt esse alia cā ꝙ ꝗ si.hō nō venerit ad pniaȝ tādiu expectat⁹.ꝗ extūc maiorē vindictaȝ ⁊ indignationē dei incurrat qꝛ ingrat⁹est deo.⁊ cōtēnit illā3 mē sam bonitatē dei.Dȝ igiť hō ad vitandū tm̄. arduum. ⁊ magnum periculum in quo cōtinue existit. ⁊ ppter tantā bonitatē ⁊ expectationē dei currere ad pniam ⁊ subito expellere a se inimicū dei ⁊ suuȝ. ne subito sup eū veniat ira dei ⁊ vīdicta.qb⁹ ipe poterit pdere corpus ⁊ aiaȝ ppter ingratitudinē ⁊ cōtēptū dei.¶Aliud incitatiuū ad pniam.¶ Preterea aliud est qđ dȝ hominē incitare vt currat ad pniaȝ.s.iusta punitio pcti. Vn̄ iā pbatū est ⁊ ipossibile est alr eē.qm̄ oia facta et vba ⁊ cogitatiōes hoīs iudicenť ⁊ recipiāt debitā remunerationē boni vel mali.⁊ iō de necessitate oia opa hoīs mala ⁊ cogitatiōes male.⁊ oia pctā opȝ ꝙ puniātur.qꝛ nō pōt remanere impunita.⁊ iō si nō puniātur in hoc mūdo.opȝ ꝙ in alio mūdo puniant p iusticiam debitā.Et iō,bonitas dei ordinauit.ꝗ pctā hic p pniaȝ puniant.⁊ cōstituit suos iudices in hoc mūdo loco sui ꝗ iudicēt ⁊ corrigāt pctā ⁊ puniāt.vt in hoc mūdo fiat iudiciuȝ de ipsis.ne si reseruēť in alio mūdo. iudicenť ad cōdēnationē eternā.Et iō si hō nō vult in hoc mūdo facere pniaȝ ⁊ iudiciū de pctis suis.necesse ē ꝙ post hāc vitā eternalr puniantur. Item etiam declaratuȝ est in.ca.de eterna iusticia.ꝗt ⁊ ꝗnta mala icurret aia si nō saluet qꝛ aia ē imortalis.⁊ ꝙ hn̄ vel male hēbit in eternū.Dȝ ꝙ hō currere ad pniam.vt euadat tristiciā eternā ⁊ penā infinitā.in quā de necessitate incidit si nō fecerit pniam.Si ꝙ hō nō vult venire ad iudiciuȝ in alio mūdo.veniat hic ad iudiciū secretū voluntarie corā iudice a deo ordinato ⁊ cōfiteat pctā sua.⁊ accuset seipm̄ in veritate corā eo.⁊ sic euadet iudiciū dampnationis.¶Aliud inductiuū ad pniam. ¶ Preterea aliud qđ dȝ hoiem incitare ad pniam.ē certitudo ⁊ infallibilitas mortis.⁊ incertitudo ipsi⁹ hore mortis.Nā nō est in alicui⁹ ptāte plōgare vnā horā vite.qꝛ vita hoīs stat in manu alteri⁹.s.dei. Si ergo hō est incertus de hora.quō audet remanere i tanto pictō p quod pt incurrere eternā penā ⁊ tristiciā infinitā? Cū ꝙ hō tā faciliť pōt euitare tāta picula.ꝗ finē nō hn̄t p pniaȝ qđ tā facilr fit.qꝛ volēdo et loqndo.Quid eīn facili⁹ ꝙ velle ⁊ loq.Ibi eīn null⁹ labor ē.nulla fatigatio. Volēdo eīn ⁊ loqndo corā iudice pctm̄ destruiť. et remittiť eterna pena:⁊ hō euadit tristiciā ꝗ finē nō hȝ.Est igiť hō stultissim⁹ ꝗ volūtarie vult stare i tāto iculo ꝗ ma

tus nō ꝑt excogitari.cū possit ipꝫ vitare tā facilr qͣnō poterit facili⁹ cogitari.⁊ nō ē secur⁹ď die crastia.⁊nō ꝑt ꝓlōgare vitā suā ad vnā horā. ¶Aliud iductiuum ad pniam.¶Itē aliud ēt qđ dꝫ sūme inducere hoiem ad pniaꝫ.ē mors xp̄i ⁊ sanguis q̄ effusus est ꝓ pctis to ti⁹ mūdi.vn̄ mors xp̄i supat oīa pctā q̄ fieri pn̄t.,vt de claratū ē.⁊ iō clamat sanguis xp̄i ad oēs pctōres.vt ve niāt ad pniaꝫ ⁊ recipiāt ꝟtutē ⁊ influētiā ei⁹.qꝛ nō est effusus nisi ad lauādū pctā.Et iō q̄ cōtēnit sanguinē xp̄i.⁊ nō vult lauare pctā sua in sangule ei⁹ dū viuit i hoc mūdo.necesse ē q dānef.⁊ maxie xp̄ian⁹.q̄ empt⁹ est sel p̄cio sanguis xp̄i.dānabif sine cōpatiōe plus q̄ oēs aliȷ.qꝛ cōtēnit sanguinē tā p̄ciosum. Quicūq igif vult fugere p̄eas eternas ⁊ ꝑuēire ad gaudia etn̄a duꝫ adhuc vacat.⁊ i hoc corpe viuit.⁊ ꝑt facere pniaꝫ. cur rere dꝫ ad sacr̄m pnie vt ipꝑetuū viuat.Conari igitur dꝫ hō dū.tp̄s hꝫ vt expellat de seip̄o ⁊ d̄e domo sua ini micū suū capitalē ⁊ mortalē ⁊ inimicū sui creatoris ⁊ factoris ⁊ oīm creaturarū.s.ip̄m pctm̄ ne inueniaf in eo in morte.qꝛ cū eo iudicabif ad ignē eternū. ⁊ pibit ineternū.Qualr ꝑt hō tolerare i suo orto.i sua domo. in sua camera.⁊ i suo corpe inimicū capitalē. Et si ibi nō ꝑt sustiere.quō ꝑt tūc inimicū suū ⁊ xp̄i ⁊ oīs crea ture dei i secreto cordis sui abscōdere ꝑ vnū momētū ⁊ nō solū tolerare.sꝫ qđ pei⁹ ē diligere ⁊ amare tādiu, Tādiu em̄ hō tꝫ pctm̄ in corde suo q̄diu nō hꝫ ipsum odio.Et quō poterit diligere pctm̄.ꝑ qđ ꝑdit eterna ⁊ infinita bona.⁊ acq̄rit eterna ⁊ infinita tormēta ⁊ ma la.ꝑ qđ ꝑdit eternū ⁊ infinitū gaudiū.⁊ incurrit eter nā tristiciā.Quō ꝑt hō tenere pctm̄ et diligere. ꝓ quo oportuit deū icarnari.⁊ turpissima morte mori. Quō ꝑt hō seip̄m sustinere eē malū q̄ nō ꝑt nec vlt sustinef alīas res suas eē malas.nec corruptas nec maculatas. Quō ꝑt hō sustiere seip̄m eē malū q̄ oēs alīas res vult hr̄e bonas.bonā domū.vestē bonā.⁊ vxorē bonā.⁊ fili os bonos.Quō igif nō iudicaref hō iste nec ↄdēnare tur iuste.q̄ ↄtēnit sanguiem filiȷ dei.⁊ seip̄m. ⁊ refutat mortē tā amarā xp̄i.⁊ ꝓ nullo reputat.⁊ q̄ dimittit ma xīa bōa ⁊ etn̄a.⁊ q̄rit vilia ⁊ trāsitoria.q̄ q̄rit terrena ⁊ dimittit celestia.q̄ q̄rit aliēa bōa ⁊ ex̄nea ⁊ dimittit ꝓ p̄a bōa.Quid ei pei⁹ seu turp⁹ q̄ q hō q̄ hꝫ aīaꝫ imor talē p̄oat sp̄ē suā i re trāsitoria ⁊ mortali.ac corrupti bili.⁊ i re viuēte ꝑ momētū. Cur ēt non iudicaref iste hō iustissime.q̄ tm̄ diligēs ē.⁊ tm̄ laborat i reb⁹ ex̄.se ⁊ ē negligētissim⁹ itra se ⁊ seip̄ꝫ dimittit pire.q̄ repat ea q̄ sūt ex̄ se.⁊ q̄ itra se sūt reliq̄t.q̄ p̄lchre ordiat ea q̄ sūt extra. et que sunt intra dimittit inordinata q̄ est dili

gētissim9 ad corrigēduz defect9 aliaꝝ reꝝ. ꝛ disponit
oīa recte ꝛ ꝑfecte. sꝫ ē negligētissim9 emēdare ꝓprios
defect9. q̄ vult, ꝙ alia oīa reddāt debitū ꝛ iusticiā ei. ꝛ
ip̄e sibimetip̄i nō reddit debitū neq̧ iusticiā q̄ vult ꝙ
oīa sibi ꝓficiāt ꝛ nulla noceāt. ꝛ ip̄emet sibi nō vult ꝓ-
ficere. sꝫ nocere. ꝛ seip̄m ꝯtinue destruere. q̄ tātū labo
rat circa alias res ꝙ seip̄m negligit. q̄ tantū studet vt
alias res cognoscat ꝑfecte ꝛ seip̄m nō curat cognosce
re. q̄ est sup̱ oīa alia. ꝛ ꝓpter quē facta sunt oīa. Cogi-
tet ergo hō ꝙ sicut ip̄e facit de reb9 sibi subiectiꝫ .s. q̄n
sunt inutiles. turpes ꝛ maculate. ꝙ illas destruit ꝛ mit-
tit in ignē vel extra domū ꝛ extra visum. ꝛ sicut hō re
futat oēs res extra se. q̄ sunt viles ꝛ corrupte. sic etiaꝫ
ille qui est supra nos. refutabit nos. si fuerimus viles
turpes ꝛ corrupti. Sicut eñ ipse hō vult hr̄e res pul-
cras preciosas ꝛ honestas ꝓ se ꝛ etiā mūdas ꝛ nō ma
culatas desiderat. ita ille q̄ est supra nos cū sit nobili-
or. mūdior ꝛ p̄ciosior sine cōpatione. vult habere ꝓ
se res p̄ciosas. mūdas ꝛ imaculatas. nā quāto aliq̄s ē
glorioſior ꝛ dignior. tāto debēt oīa que ip̄m cōcernūt
esse gl̄iosiora ꝛ digniora. Currat igit̄ hō ad pn̄iaꝫ ꝛ la
uet pctā sua. vt sit purus. sincerus ꝛ mūd9 in ꝯsciētia.
quā deus diligit sup̱ oēꝫ mūdiciā. q2 est sua habitatio
et timeat futurā sn̄iam quā audiēt illi q̄ erūt imūdi ꝛ
maculati. Naꝫ illoꝝ habitatio conuersatio ꝛ societas
erit cuꝫ imūdissimis ꝛ deformissimis diabolis. quoꝝ
aspectus oēm penā hui9 mūdi supat ꝛ excedit. ꝛ illi9
cōuersationis nō erit finis. ¶ Quintū sacr̄m est ex-
trema vnctio. ꝛ est vltimū medicamētuꝫ in quo datur
gr̄a. ꝑ quā hō de lapsu repatus. exiēs de hac vita ꝛ tē-
dēs ꝛ trāsiens ad finalē gr̄am hic. ꝛ finalem gl̄iam in
alia vita disponitur ꝛ prepatur ad sanctā sanitateꝫ ꝛ
sp̄ualē vigorem. ꝛ etiā destruit peccata venialia ꝛ cu-
rat infirmitatē ꝛ langorē seu debilitatē sp̄ualem reli-
ctam ex peccato. ꝛ alleuiat infirmitatem corporalem.
si infirmo expediat. Titulus. cccii.

Quoniā autē necesse est hoīeꝫ mori ꝛ exi
re de hac vita. ꝛ q2 aīa est ordīata finalr̄
ad eternā gl̄iaꝫ quā hēbit amādo deum
toto corde. ꝛ adherēdo ei ꝑ volūtatē tota
liter. ꝛ recedēdo totalr̄ a malo ꝛ inordia
to amore. ꝛ q2 aīa exn̄s i carne corrupta
trahit̄ a carne multotiēs. ꝛ iclinat̄ ad eā. q2 hꝫ viuere
cū ea. ꝛ iō aīa ḡuat̄ ꝛ ificit̄ onerata. ꝛ incurrit pctā ve
nialia velit nolit. ꝛ aliq̄liter maculat̄ ꝛ ipedit̄. ne totalr̄
possit tēdere i deū ꝑ amorē. iō q2 aīa dꝫ trāsire de vno

statu in

statu in aliū.op; q vadat imediate ad deū vel ad purgatoriū.r iō seqtur q idiget nouo vigore ad fortiter ascēdū deū.r ad total r se vniēdū cū deo p amorē. r iō indiget noua grā r adiutorio nouo ad feliciter r celeriter euolādū ad deū p totalē deuotionē sursū tēdendo, vt totalr ipa eleuet in deū. r ēt si vadat ad ignē purgatoriū ad purgādū indiget vigorari vt facilius sustineat dolorē ignis. donec sit purgata. Un duo sūt que psit aiam īpedire r aggrauare. vt nō sit facilr apta ad volādū ad deū. Unū ē qdā debilitas derelicta ex pctō. Q̄uis ei aīa sit purgata a pctō mortali. attñ remanet qdā debilitas in ea r qdā infirmitas spūalis. sicut i infirmitate corpali. q̄ q̄uis sit curata. adbuc remanet qdā debilitas i corpe. Aliud aūt qd aggrauat aiā; r trabit eā deorsū. r aliqualr retrahit eā a deo. ē pctm veniale. q2 ois culpa siue mortalis siue venialis elongat aiā; a deo. s; culpa mortalis totalr elōgat. r culpa venialis minorat r diminuit amorē. Et iō idiget aia vt nullā culpā sentiat. vt totalr euolet ad deū. Et q2 p sacra visibilia d; ipa aia curari. satiari r refici. r recipe gratiā. ordiatū fuit r istitutū sacrm extreme vnctiōis ad aiam pficiēdā r sanādā ab oi macla r debilitate spūali. i q fit ei remissio ois pcti venialis q ad culpā. s; non quo ad penā. vt ipa aia exonerata a culpis venialibus r aliis seqlis q depmūt aia; deorsū velocius. facilius r expeditius euolet r trāseat ad celū. r oseqt salutē etne iocūditatis. r h p deuotionē leuātē eā sursū r p puersionē mētis ad deū qd qdē sacrm fit p medicamēti corpalis modū. sic sacrm baptismi fit p modū ablutiōis corpis. Sic āt i aliis sacris p visibile sigficat iuisibile p illud qd videmus exterius sigficat illud iuisibile qd fit iterius in aia. ita r i isto sacro. Un i isto sacro extremo visibile q fit r appet exterius. ē vnctio olei ōsecrati p modū medicatiōis corpalis i septē ptibus corpis determinatis. s. i oculis. i auribus. i naribus. i manibus. i labiis. i pedibus r i lūbis r h fit sic cū vbis depcatiōis r dat solū adultis r positu lātibus. r solū i piculo mortis. Et q2 i h sacro visibile pportionat iuisibili. iō ōsiderādū ē qlr i h sacro fiat talis pportio. Sic ei exterius fit qdā medicatio in corpe p modū medicatiōis r vnctiōis cū oleo. qd ē curatiuū vulneū. ita sigficat q iterius ipa aia curat p grām dei q ei dat. r inungit vt facilius trāseat ad celū. Et q2 aia cōtrabit īfirmitates spūales i corpe. r pctā venialia. et spālit p illas ptes supradictas offēdēdo deū i qbus ē radix firmitatis spūalis. iō fit vnctio i illis septē locis supradictis. ad sigficādū q ipa aia disponit r pparat

Duo ipediūt aia; ne euolet

Unctio dat ad sanādū ab oi macla r debilitate spirituali.

Quare h sacrm detur i qnq sensibus.

p hoc sacr͂ ad plenitudinē sanitatis p dilectionē ꝛ dis
cretionē. ꝛ curationē ol͂ pcōꝝ q̄ p illas septē ptes ꝯmit
tūt. Itē i hoc sacro ē oleū simplex ꝛ nō mixtū sicut i ba
Materia ptismo ꝛ ɔfirmatiōe crisma. ad sigficādū ꝙ sicut oleū
vnctiōis. ē nitiū ꝛ de se sigficat sanitatē ꝙ p illd sacr͂ ɔscia ho
mis fit mūda totalr. vt nulla clpa remaneat i ea. ꝛ h p
grāꝝ q̄ daf. Et iō h nō admiscef balsamū cū oleo sicut i
Daf i exi ɔfirmatiōe. q2 ɔfirmatio daf ad augmētādū ꝛ pugnā
tu. dū publice. ꝛ ad cōuersandū īter alios hoīes vbi reqri
tur odor bōe fame q̄ sigcaf p balsamū. s3 h in exitu si
ue trāsitu ad celū. sufficit ꝛ reqrif nitida ꝛ mūda ɔscia
q̄ sigficaf p oleū simplex rōne nitiditatis sue. fm quā
iudicat iudex celestis. Itē p istd sacr͂ fit curatō apctis
vēialib9. ꝛ h p grāz leuātē aiāz sursū p deuotionē. ꝛ iō
Paruulis nō daf puulis q nō peccāt vēialr. nec pñt hre deuotōes
nō datur. leuātē sursū q curat pctā vēialia. Itē ēt q2 i isto sacro
reqrif deuotio sursū leuās aiā. iō nō d3 dari nisi po
stulātib9. q̄ p deuotionē eleuāf. Itē ēt nō daf nisi infir
Daf solū mis. q2 h sacrm nō daf nisi p modū curatiōis corpalis
infirmis. q̄ sigficat spūalē curationē. ꝛ iō si nō ess3 ifirmitas cor
palis: nō eēt corrñdētia. Vn̄ qūis p talē inunctionē
nō curef ifirmitas corpalis. nō ē pp h falsum signū q̄a
talis vnctio nō daf ad curationē corpalē s3 ad sigficā
dū curationē spūalē ita ꝙ sigficaf. ꝙ sicut exteri9 i cor
pe daf vnctio corpalis ipi corpi existēti ifirmo. ita silr
daf int9. vnctio spūalis ipi aie existēti infirme. Et iō
talis curatio sp fit q̄ sigficaf. s3 corpalis nō fit nisi p ac
Sep9 cu cidēs aliqñ. Vn̄ q2 illd sacrm nō fit nisi ad eleuādum
rat ifirmi aiā ad deū p deuotionē. in q̄ aia recipit vigorē. ꝛ alle
tatē cor uiaf ꝛ trāqllaf ꝛ letificaf. ꝛ q2 aia regit corp9 iō mltoti
poralem. ens fit recpiatio molestiaꝝ corpaliū. q2 alleuiatis mole
stijs aie. alleuiāf sepe molestie corpis. Et iō l3 istd sa
cramētū nō sit pncipalr istitutū ad curationē infirmi
tatis corpalis. s3 pctī vēialis q2 pctm mortale ē magis
mors q̄ infirmitas. ꝛ pnia q̄ destruit ipm ē magis su
scitatio q̄ medicatio attñ p accidēs v3 ad curationē ꝛ
alleuiationē ifirmitatis corpalis ꝛ h tolerādo q̄dāmō
aiam q̄ regit corp9 ipā sanādo. ꝛ vigilādo in bono. et
exorādo in malo. ꝛ h fit qñ infirmo magis expedit vi
uere ad cumulādū magis merita. Sic ei spūs tristis
Drñtia i exiccat ꝛ ɔsumit corp9. ita aia leta viuificat corp9 ꝛ re
ter cōfir leuat a dolorib9 suis. Et sic appet magna drñtia inter
mationē istd sacr͂ ꝛ ɔfirmatiōē. q̄ fit silr p vnctiōē. q2 ɔfirma
ꝛ extremā tio ppat ꝛ disponit aiā ad meli9 agonizādū ꝛ pugnā
vnctionē. dū ɔ hostes visibiles. s3 extrema vnctio ad celeri9 trā

fecūdū.ad volādū ad celū.τ ad regnū celoꝝ.ſꝫ ēt diſpo nat aīaꝫ ad fortiꝰ reſiſtēdū ꝯ inimicos ſpūales τ inui ſibiles.ſ.diabolos.Itē ēt qꝛ ꝯfirmatio cōficit in balſa mo.ſꝫ iſtō in ſolo oleo.Itē ēt qꝛ in forma vboꝝ ē dꝛſitia. Nā ſacꝫ ꝯfirmatiōis fit cū vbis indicatiuis.ſꝫ iſtō fit cū vbis depcatiuis.τ p h ēt differt ab aliis ſacris pce dentibꝰ.q̄ fiūt in forma indicatiua.Vn̄ i iſto ſacō ma gis ꝯuenit vbis depcatiuis vti q̄ idicatiuis pp̄ m̄lta. Pᷓio qꝛ ſuſcipiēs h ſacꝫm eſt dſtitutꝰ ppꝛiis viribꝰ q̄ re idiget ſubleuari p dpcatiōes.Scdō qꝛ aīa curaꝫ p d uotionē τ eleuatiōeꝫ ſurſū ad ſpūalia.q̄ ē ppa curatio pcti vēialis qd dorſū trahit τ iō qꝛ illd qd ſup oīa exci tat aīaꝫ ad dē dpcatio τ ōro.iō ꝯuenit modꝰ dpcatiuꝰ Tertio qꝛ h ſacꝫm daꝫ recedētibꝰ ab aliis xpianis τ in manꝰ ſoliꝰ dei recedēſcūt.vn̄ deo aīa ꝯmēdaꝫ p dpcatio nē.τ ipa ei ꝯmittiꝫ.Quāuis āt ad ſacꝫ nō dcꝫ i mō idi catiuo.ſꝫ depcatiuo.tn̄ d ſe hꝫ certitudieꝫ.ita q ſp con ferꝫ qd ſignificaꝫ p tale ſacꝫm τ p illa vba depcatiua niſi fuerit iped imētū ex pte recipiētſ.τ h ſi hēat fictio nē i ſe τ nō credat.Itē ēt dꝛſitia.qꝛ ꝯfirmatio fit i frō te.iſtō fit i ſeptē ptibꝰ corpis.Itē dꝛſitia.qꝛ ꝯfirmatio fit tpe ſanitatis.h āt fit i tpe īfirmitatis.Itē cōfirma tio nō ſolū daꝫ adultis.ſe d etiam paruulis. extra au tem vnctio ſolum datur adultis.

In extre ma vnctio ne vtimur verbis de pcatiuis.

¶ Sextū ſacꝫ ē ordo.p qd daꝫ τ ꝯmittiꝫ pſonis certiſ auctas ſpūalis τ ptās itellectualis idelebilis τ pma nēs diſpenſādi τ miniſtrādi ſacra ſalutis nomine τ vi ce chriſti omnibus hominibus.

Titulus.ccciiij.

Q Uoniā aūt dictuꝫ eſt de qnqꝫ ſacris q̄ ſūt ordinata ad dandū vitam ſpūalem omni bus lapſis τ perditis ac mortuis.τ oſten ſum eſt qualiter baptiſmus regenerat et releuat a primo lapſu.confirmatio corro borat ad pugnam eucbariſtia nutrit.pnīa iteruꝫ rele uat a ſcdō lapſu ſi cōtingat.extrema vnctio purgat to taliter a pctis venialibus.τ ſatiat τ vigorat. τ pparat vt homo ſit aptus ire ad regnū celorum.τ ſic iſta qnqꝫ ſacramenta ſunt neceſſaria cuilibet homini vt recipi at ipſa.ſi vult ſaluari.vel ſaltem aliqua ſunt neceſſa ria omnino.aliqua cōuenientia τ vtilia τ non ſemper neceſſaria. Sicut autem iſta ſacramenta ſunt neceſſa ria duobus hominibus lapſis vt ſuſcipiant ea.ita ne ceſſe q ſint aliqui homines qui habeant poteſtatem ſeu officium dandi τ miniſtrandi ipa ſacramēta . Et quia omnia ſacramēta ſunt xp̄i.τ ab ipō totaꝫ habēt virtutem.ideo oportet q talis auctoritas ſeu officium

ministrādi detur a xpo cuius sunt sacramēta.qz null9 pōt ministrare neqꝫ dispēsare res alicui9 dñi.nisi de licētia ꝛ auctoritate dñi.cui9 hec sunt.nec haberet vigorem qcqd aliter factū esset.Sic ḡ necesse est ꝙ auctoritas seu officiū dādi ꝛ ministrādi ipa sacra cōmittat ꝛ detur spāliter aliqbus psonis specialib9.oibus vero nō indifferēter.Sicut ḡ xps ordinauit ipa sacramēta vt hoīes suscipiāt ea.ita necesse est ꝙ ordinet hoīes ꝛ psonas q ministrēt ipa sacramēta. Et sic necessaria ē ptās in terra in hoibus distribuēdi sacramēta in noie xpi.ꝛ sic duo sunt necessaria hoibus in terra viuentibus.Primū est ipa grā p quā regenerant ꝛ pficiunt vt sint apti intrare in regnū celoꝝ.Et qz ista grā dat p sacramēta visibilia.ideo est necessariū scdm.scꝫ.auctoritas seu officiū administrādi ipa sacramēta.ꝛ i isto est totū cōplementū salutis hoim. Sicut em̄ in gñatione hoīs cōcurrūt hō ꝛ de9.ita ꝙ hō administrat corp9.et deus creat ipam aīam.ꝛ sic insimul cōcurrūt ad gñationē hoīs.ita cōformiter ad regenerādum ꝛ reparādū hoīem p sacra q̄ sunt res visibiles ꝛ corpales debēt cōcurrere hō ꝛ de9.vt scꝫ hō ꝛ administret sacrm corporale ꝛ visibile ꝛ de9 creet ipam grām.qz sacrm est sicut corp9 ꝛ grā est sicut aīa. Et ideo sicut in gñatione hoīs hō administrat totū illd qd corpale est ꝛ visibile ꝛ deus creat totum illud quod est spūale ꝛ inuisibile. scꝫ ipam aīam rōnalē.ita in regñatione ꝛ reformatione hoīs.hō administrat totū illud qd est corpale ꝛ visibile.s.ipm sacramentū.ꝛ de9 creat totuꝫ illud qd est inuisibile.s.ipam grām.ita ꝙ sicut hō gñatur ab hoīe p ministeriū corpis q̄si p qddā officiū a deo ordinatū ita ꝯformiter hō regñatur ab hoīe p ministeriū corporale quasi p qddā officiū a deo ordinatū.Et sicut ptās ministrādi corp9 data est hoī.sꝫ ptās creādi aīam nō potuit dari hoī.qz soli deo ꝯuenit.ita ptās ministrādi sacrm visibile debuit dari hoī.sed ptās creādi ꝛ dādi gratiā nō potuit dari nec cōicari hoī.qz soli xpo cōuenit inq̄ntū de9 est.Sic ḡ cōueniētissimū est vt officiuꝫ seu ptās administrādi sacra corpalia ꝛ visibilia cōicatur ipsis hoibus.Et etiam qz maior vnitas ꝛ amor generatur inter homines ꝓpter hoc ꝙ vnus generatur ab alio.q̄ ꝙ quilibet totaliter fieret a deo.ita siīr maior vnitas ꝛ maior dilectio gñatur inter hoīes si vnus regñatur ab alio instrumētaliter ꝛ recipiat sacramentū ab alio.in q recipit vitā spūaleꝫ a xpo. Et iō qz vita spūalis ꝯsistit in charitate ꝛ vnitate:iō cōuenientissime debuit ordiari vt hoīes vice xpi administrēt sacra

Duo sūt hoībus hic necessaria.

menta salutis hoibus. vt magis fieret vnū inter se.

¶ Q̄r per istā auctoritatē constituit̄ ⁊ fit prelatura et ordo ⁊ supioritas ⁊ inferioritas. Titu. ccciiij.

Et qr oēs xp̄iani q̄ sunt mēbra xp̄i cōueniūt in sacrorum susceptiōe. qr oēs indigēt ⁊ oībus sunt necessaria qr oēs indigēt vita spirituali. iō in hoc oēs sunt eq̄les. nec vn⁹ est supior neq̄ dignior altero q̄ntuz ad hoc. Sz qr vt iā dictū ē necessaria ē auctoritas ⁊ ptās administrādi ip̄a sacra ⁊ q̄ ɔmittat̄ aliq̄bus xp̄ianis. et qr illa auctoritas ⁊ ptās est talis dignitatis ⁊ honoris. ⁊ eleuat tales hoies de vno gradu sup oēs alios q̄ nō hn̄t talez ptātem ⁊ auctoritatē eis cōmissam ⁊ ponit eos ī honore ⁊ dignitate. Sic etiā hō q̄ generat aliū administrādo corp⁹ cōstituit̄ in aliq̄ honore sup illū q̄ generat̄. et dr̄ pr̄ eius cui debet̄ honor. Et iō de necessitate fit differētia ⁊ distictio pp̄ter talē auctoritatē ⁊ ptātez inter xp̄ianos ⁊ fideles ⁊ inter mēbra xp̄i. ⁊ etiā quadā superioritas ⁊ inferioritas ⁊ vn⁹ fit maior altero ⁊ supior. ⁊ p ɔn̄s fit ordo p̄eminētia ⁊ p̄latura ⁊ grad⁹. Qr vbi ē supioritas ⁊ inferioritas. necessari⁹ est ordo. Et iō talis auctoritas ⁊ prioritas vocat̄ ordo. qr de necessitate causat ⁊ facit inter xp̄ianos supioritatē ⁊ iferioritatē. Sicut em̄ xp̄iani eleuant̄ supra nō xp̄ianos de vno gradu. ita xp̄iani hn̄tes talē ptātem eleuant̄ supra nō habētes de vno gradu. Et sic int̄ xp̄ianos est ɔueniētia ⁊ drn̄tia rōne ɔueniētie ⁊ eq̄litatis. ⁊ rōne drn̄tie ⁊ ineq̄litatis ⁊ supioritas ⁊ inferioritas. Qui em̄ hn̄t ptātez. plus hn̄t q̄ illi q̄ nō hn̄t qr totuz est a xp̄o. Sic em̄ oīa mēbra corpis hūani ɔueniunt in vita ⁊ calore naturali p quē oīa viuūt. sz etiā drn̄t p diuersas ptātes ⁊ officia q̄ singula mēbra hn̄t. sic fit inter fideles. qr oēs ɔueniūt q̄ntū ad charitatē. sz differūt ⁊ distiguunt̄ penes ptātem ⁊ officiū. Et qr talis drn̄tia ⁊ distictio necessaria ē ad viuēdū ordiate ⁊ bn̄ int̄ xp̄ianos ita q̄ opꝫ q̄ aliq̄ recipiāt sacra ⁊ nō dāt. neq̄ habeāt ptātē dādi. ⁊ aliq̄ sint q̄ etiā recipiāt prīo. ⁊ etiā habeāt ptātez ⁊ auctoritatē dādi aliīs. iō de necessitate sunt due ptes int̄ xp̄ianos. ⁊ q̄si due gētes distīcte. s. ps laycalis ⁊ ps clericalis. Et pars clericalis ē supior ⁊ dignior. ⁊ iō ē magꝭ ppinq̄ xp̄o ⁊ magꝭ sil̄is. qr insil̄ clerici hn̄tes ptātez cōcurrūt cū xp̄o ad vnū op⁹. qr xp̄s dat grāz inuisibilē. ⁊ clerici q̄ sūt ministri ei⁹ dāt sacra visibilia. ⁊ iō sunt coadiutores ⁊ cooperātes xp̄i. ⁊ ideo sunt magni honoris ⁊ magne dignitatis ex parte officij xp̄i.

Titu. precedenti.

Duo sūt gn̄a hoiz xij. questione. j.

¶ Q̄r ptās ista inuisibilis ⁊ sp̄ualis dat̄ p sacr̄m visibi

le ꝛ manifestū signū. sicut gr̄a daꝛ in alijs sacramētis.

ℭ Titulus. cccv.

Et qm̄ ista ptās administrādi est necessaria ꝛ ponit distictionē inter xp̄ianos ꝛ mēbra xp̄i. ꝛ sepat tales psonas ab alijs. et eleuat eas in dignitate ꝛ ī gradu. iō sicut ī alijs sacramētis p visibile daꝛ iuisibile. ꝛ p aliqḋ signū exteri⁹ apparēs daꝛ interi⁹ ī aīa ip̄m iuisibile occultū ꝛ nō appens. ita ꝙ illḋ qḋ exteri⁹ fit sigt qḋ interius fit. ita ꝙ exteri⁹ sunt res corpales ꝛ v̄ba audibilia q̄ signt illud qḋ interi⁹ recipiꝛ. iō necesse est ēt ꝙ talis ptās dispēsandi ꝛ dādi sacr̄m. deꝛ p aliqḋ signū manifestū. p aliq̄ v̄ba q̄ significēt talē ptātē. sicut in baptismo p aquā visibilē ꝛ p v̄ba insiꝛ9iūcta. daꝛ ablutio in aīa ꝛ gr̄a.

Necesse esse ordinem.

Et iō necesse ē ꝙ sit sacr̄m ordinis sicͭ sacr̄m baptismi in q̄ deꝛ ptās p quā fit grad⁹ ꝛ ordo ꝛ supioritas int̄ xp̄ianos. Uñ qꝛ tales psone debēt separi ꝛ distigui ab alijs psonis. ꝯueniētissimū ē ꝙ hoc fiat p aliq̄ signa manifesta. Si em̄ ordinatū ē ꝙ hō nō xp̄ian⁹ fiat xp̄ian⁹. ꝛ ꝯstituiꝛ in esse xp̄iano p aliqḋ signū manifestū. ita cōgruū ē ꝙ talis xp̄ian⁹ ꝯstituaꝛ in tali gradu ptātis sup alios p aliq̄ signa manifesta. et iō ista ptās debuit dari p modū sacr̄i. Et qm̄ ista ptās ē res spūalis ꝛ nō corpalis. iō dꝫ poni int⁹ in aīa. ꝛ iō necesse est ꝙ qn̄ daꝛ talis ptās p sacr̄m ordinis. aliqḋ inuisibile ꝛ pmanēs imprimaꝛ in aīa.

Caracter imprimiꝛ in ordine

Hoc aūt nō est gr̄a q̄ daꝛ in alijs sacr̄is. ℊ opꝫ ꝙ sit aliqḋ aliḋ inuisibile ꝙ̄ ip̄a gr̄a. Et iō ē aliqḋ signū seu sigillū imp̄ssuꝫ in aīa qḋ dꝛ caracter spūalis. ꝛ tale signū spūale imp̄ssuꝫ in aīa ē ip̄a ptās spūalis collata. seu ptās fundata in tali caractere seu signo. Uñ necesse ē ꝙ tales psone q̄ recipiūt talē ptātem ꝛ auctoritatē magꝭ assistanꝛ xp̄o ꝙ̄ alie psone. ꝛ alio mō ꝛ disticto mō. Et qꝛ alij xp̄iani assistanꝛ xp̄o p gratiā ꝛ ēt iste psone cū ēt recipiāt alia sacr̄a. iō opꝫ ꝙ vltra gratiā q̄ daꝛ oib⁹ p alia sacr̄a recipiāt aliqḋ aliḋ inuisibile in aīa p qḋ ascēdāt ꝛ eleuenꝛ sup alios. ꝛ mō spūali assistenꝛ xp̄o. Et iō in isto sacr̄o imprimiꝛ aliq̄d in aīa qḋ nō est ip̄a gr̄a q̄ renouat hoīeꝫ lapsuꝫ. ꝛ iō ꝙ̄uis talis hō pdit gratiā sibi datā p alia sacr̄a. nō tn̄ ppter hoc pdit illḋ inuisibile seu illā ptāteꝫ inuisibilē q̄ daꝛ in isto sacr̄o. qꝛ talis ptās nō est ī ip̄a gr̄a. sꝫ distinguūtur ꝛ sunt due res spūales. qꝛ vna pōt eē sine alia.

Caracter est indelebilis.

Et iō neqꝫ p pctm̄ neqꝫ p offensaꝫ neqꝫ p lapsuꝫ xp̄ian⁹ q̄ semel accepit talē ptātē ꝛ auctoritatē nullo mō pōt pdere. nec est in ptāte sua amittere nec ānullare illū caracterē q̄ est indelebilis in eternū ꝛ pmanēs ꝛ tādiu ꝙ̄

diu aia est & erit. Qui q accepit sacrz ordinis accepit re spuale indelebile & inuariabile & semp pmanete sic aia. ¶ Q2 bonitas & malicia psone no diminuunt neq mutat neq deseruiut tale ptate administradi sacrameta.

¶ Titulus.cccvj.

Hoc aut couenietissimu est q.s. talis caract siue ptas sit indelebilis & pmaneat. Et si gra destruat. Un cu3 talis ptas & auctoritas ad ministradi ipa sacra det illis quib9 dat' no pp ter seipos s3 ppter alios. vt.s. alij recipiat sacrame ta ab eis i qbus recipiat gratia & salute sicut ordinatu est a xpo. io cu ista ptas necessaria sit ppt alios & non ppter illos q hnt tale ptatem. q pnt pdere bonitate et gram. & pnt effici mali. necesse est q quis perdat boni tate & gratia q nullo mo perdat tale ptatem seu aucto ritate. Un q2 necesse est q hoies recipiant talia sacra meta ad eoz salute. q2 ita ordinatu est. & et necesse est q aliqbus psonis det auctoritas & ptas administradi & dadi ipa sacrameta. & hoc p sacrm ordinis. io neces se est q bonitas siue malicia mistri q h3 tale ptate nihil addat vel diminuat de ptate ei9. nec de auctoritate q2 ipa bonitas pot pdi frequeter & recupari. Et io fieret maximu nocumetu & danu oibus alijs recipietib9 ipa sacrameta. si talis ptas destrueret ppt maliciaz psone. & malicia mistri piudicaret & noceret saluti alioru qd fieri no d3. Et etia null9 est cert9 de malicia & bonitate alteri9. & sic semp esset dubiu vtru recipies sacramentu recipet veru sacrm. si reqreret bonitas ministratis sacra. Cu ei talis ptas administradi no sit nisi auctas administradi ipas res exteriores visibiles & verba auditoria. & q2 xps dat gratia inuisibile in ipis sacrametis. io postq mister nihil dat inuisibile i aia nec pot. sequit q bonitas vel malicia nihil facit ad btutez sacri. du tn faciat sicut xps ordinauit fieri. vn no e nisi coadiutor & coopator xpi exteri9. Sic ei ho bon9 siue malus nihil variat ad gnatione corpalez. q2 et de9 dat aiam corpi siue sit gnatu ab hoie bono vl ab hoie malo. ita q neq malicia neq bonitas ipedit qn det aiam ita etia bonitas vel malicia ministri nihil impedit qn deus semp det gratia in sacrametis. q2 ipm sacramentu est sicut corp9. & gratia est sicut aia. Sicut ergo de9 no denegat aiam corpori gnato a malo hoie. ita no denegat gratia sacrameto administrato a malo mistro. Un sacrameta sunt ipsius xpi qui ea ordinauit & non sunt ministri. et ideo in re ministrata nihil facit bonitas vel malicia ministri. Et quia aliud est gratia.

Malicia sacerdotis nihil facit ad sacramentum.

Caracter nō psupponit gratiā in recipiente.

⁊ aliud est ptās seu caracter impressus in aīa. idō etiā q̄uis aliqs pdat grām sibi datā in baptismo.⁊ fit in lapsu scđo: pōt tñ recipe sacrm ordinis.⁊ per ɔñs pōt recipere talē ptātē spūalē ⁊ caracterē: qꝛ nō psupponit grām seu bonitatē psone de necessitate: sed solū requirit de necessitate φ sit xp̄ianus. Et sic appet φ per talē ptātē nemo efficit melior alia rōne ptātis et auctoritatis accepte. Sꝫ qm̄ talis psona que recipit talē ⁊ tam excellentē ptātē administrādi ⁊ dispēsandi tā sctissimas res sicut sunt sacra. dꝫ supare alios bonitate: sicut supat ptāte ⁊ auctoritate ⁊ officio: qꝛ tn̄a sacra nō psit digne administrari: nisi psona administrans habeat excellentē bonitatē. idō q̄uis sacrm ordinis sit institutum pncipalr ad dandū ipam ptātē spūalē. tñ ex ɔñti etiā dat grām spūalē sicut alia sacra: sine qua nō pt talis ptās digne exerceri. Si ḡ psona recipiēs sacrm ordinis hꝫ grām que daꝛ in aliis sacris: tūc augeꝛ et crescit in isto sacro ⁊ daꝛ copiosior. si aūt nō hꝫ grām: sed est in pctō mortali scienter: tūc nullā grām recipit. sꝫ auget culpā: ⁊ solū recipit ptātē que nō reqrit bonitatē de necessitate nec grāꝫ. Nemo igiꝛ volēs r recipe sacra salutis itromittat se de bonitate vel malicia ministri: qui dispēsat ⁊ ministrat sacrm sꝫ solū respiciat sacrꝫ ⁊ ꝟtutē sacri. ⁊ illū qui istituit ⁊ ordinauit ipm sacrm. s. xp̄m. Nemo credat φ plus recipiat a bono q̄ a malo ministro de ꝟtute sacri: qꝛ minister nullā ꝟtutē dat illi sacro. sed solū ille qui instituit ⁊ ordinauit: ⁊ cuiꝰ noie sacrm recipiꝛ. Quid em̄ facit bonitas vel malicia apothecarij in admīstratiōe medicine? Si em̄ medicina de se bona est ⁊ habet virtutē. nihil impedit bonitas vel malicia dispensantis sufficit φ administret sicut debet ⁊ sicut medicus scripsit ⁊ ordinauit.

In ordie daꝛ copiosior ḡtia hñti gratiam.

¶ Qꝛ ptās spūalis seu sacrm ordīs pmo ⁊ pncipalr respicit pncipalissimū sacrm qđ est corpꝰ ⁊ sanguis xp̄i. ⁊ ad illud ordinatur.

Titulus.cccvij.

Uoniā aūt necessaria ē ptās dispēsandi ⁊ administrādi sacra, ad dandū ptātē. talēꝫ est ordinatū sacrm ordinis. Et qꝛ ipa potestas ⁊ auctoritas est ppꝛ ipsa sacra. ideo pmo ⁊ pncipalr dꝫ respicere sacrm pncipalissimū ⁊ maximū. Uñ pncipalis gradus ⁊ maximus ptātis est respectu pncipalissimi ⁊ excellētissimi sacri. ⁊ ab illo sacro dꝫ talis ptās denoīari tanq̄ a digniori ⁊ nobiliori. Et qꝛ sacrm corpis ⁊ sanguis xp̄i est pncipalissimū ⁊ dignissimū ⁊ maximū: vt iā declaratū est. qꝛ in eo ɔtineꝛ totꝰ xp̄s qui est deꝰ ⁊ hō pfectus. ideo

Titulo cclxxxviij

sequitur quod sacramentum ordinis primo et principaliter et directe respicit potestatem que datur homini supra sacramentum corporis et sanguinis christi: et propter illud sacramentum principaliter sacramentum ordinis est institutum et ordinatum. Et quia gradus illius potestatis est ultimus. ideo fieri debet ascensus propter nobilitatem talis gradus per alios gradus. ita quod debet precedere alias potestates inferiores gradatim ordinatas: quia congruum et dignum est: ut qui debet ascendere et leuari ad tantam et talem potestatem quod ascendat per gradus. Si enim tinctor qui vult ponere in panno crudo nobilissimum colorem vltimum. primo ponit in panno alios colores minus nobiles et gradatim ascendendo donec pannus sit dignus recipere colorem vltimum nobilissimum. quanto magis qui debet recipere tantam dignitatem et potestatem administrandi sacramentum corporis et sanguinis christi. debet primo recipere alias potestates minus nobiles et inferiores gradatim ascendendo. Et ideo sunt primo sex gradus ordinati seu sex potestates seu officia antequam perueniatur ad officium et potestatem supra sacramentum corporis et sanguinis christi. quia solennitas et dignitas illius. amministrationis et dispensationis requirit tot officia et potestates distinctas. et ideo sacramentum ordinis continet septem gradus ordinatos qui omnes ordinantur ad vnum sacramentum scilicet corporis et sanguinis christi. et ideo quamuis sint septem tamen omnes sunt vnum sacramentum ordinis. quia sex primi ordinantur ad septimum: et septimus immediate ordinatur ad sacramentum corporis et sanguinis christi: et ideo sex primi gradus sunt subministrantes et subseruientes. Sicut enim in homine sunt potestates in anima per gradus ordinate: vt iam fuit declaratum in capitulo de obligatione. ita quod sunt potestates infime medie et suppreme. quia sunt potestates vegetatiue sensitiue. et vltima potestas dignior et suprema. scilicet intellectiua et liberi arbitrij. et omnes potestates inferiores sunt propter liberum arbitrium. ita similiter est in potestatibus spiritualibus. quia sunt potestates infime. medie et supreme. ad quam. scilicet supremam omnes alie ordinantur. Iste autem potestates spirituales multiplicantur et distinguuntur per respectum ad sacramentum corporis christi. Quia sacramentum ordinis ordinatur ad sacramentum sacrorum. Unde propinquissima et principalis potestas est ad consecrationem illius sacri. et hec potestas est ordo sacerdotalis et sacerdotium. Alie vero potestates sunt ad ordinendum aliquod ministerium in isto sacro. ita quod cooperantur potestati sacerdotali. et hoc vel in ordine ad ipsum sacrum vel in ordine ad ipsum sacrum suscipientes. Et ideo secundum quod requirit perfectio et complementum ipsius officij et ministerij. secundum hoc multiplicantur ipse potestates spirituales. Nam oportet aliquos ministrare quasi a remotiori: et aliquos a proximiori et aliquos a medio modo: vt nihil deficiat in tanto ministerio quod debet esse summe ordinatum. Et ideo sunt septem potestates

Quare septem sunt ordines.

Titulo xciij. etc.

Omnes ordines ordinatur ad sacrum corporis christi

seu gradus. Prim⁹ incipiendo ab infimo est gradus hostiariꝰ seu ptās hostiarij. scđs lectoris. tertius exorciste. quart⁹ acoliti. qnt⁹ ē subdyaconi. sext⁹ dyaconi. septim⁹ ꝛ vltim⁹ pſbyteri seu sacerdotis. Et q̄libet istorum graduū hꝫ suā ptātē distinctā: ꝛ suā ꝓpriā opationē que respicit sacrm eucharistie mō ordinato. Sꝫ qꝛ tales ꝑsone que accipiūt tales ptātes spūales assumunt de alijs ꝛ eleuant supra alias ꝑsonas. iō oꝫ ꝙ fit quedā distinctio visibilis vt tales ꝑsone distinguant ab alijs. Et iō ꝓmo ꝛ ante oīa ꝓcedit tōsura in capite ad distinguēdū. Et sic apparet qualr pars clericalis eleuat per gradus ordinatos sup partē laycalē. ꝛ ideo est ibi ꝓmus ordo supioritatis ꝛ īferioritatis iter partem clericalē ꝛ laycalē per talē ptātē. Deide in ip̄a pte clericali fit supioritas ꝛ īferioritas ꝑ gradus ordiātos ꝛ distinctos. Et iō pars clericalis est ordinata in se et infra se per talē ptātē spūalē. ꝛ iō recte sacrm in q̄ dat ip̄a ptās spūalis đr sacrm ordinis. ꝛ ꝓmo ordinat duas partes gñales in xp̄ianitate. s. clericalē ꝛ laycalem. deinde ordinat partem clericalem in se dando distinctos gradus ptātis. Et ideo sacramētū ordinis est ordinatiuū distinctiuū ꝛ protestatiuum.

¶ Cōparatio istarū ptātū spūaliū ꝛ ordinatarū ad ordines aliarum rerum.

Titulus.cccviij.

Ptās naturalis.

Oſſumus ꝫ cōparare ordinē ptātū spūaliū ad ordinē aliarū rerū vt magis cognoscat. Vñ sicut videm⁹ ꝙ ptātes naturales que sunt in hoīe duob⁹ modis repiunt. s. diuisim ꝛ ꝯiūctim: qꝛ ptātes vegetatiue reperiunt in arborib⁹ ꝛ in plātis. ꝛ ibi nō sūt ptātes sensitiue nec ptās liberi arbitrij. ꝛ silr ptātes sensitiue st in aīalib⁹. ꝛ ibi nō repit ptās liberi arbitrij. deinde in hoīe repiunt oēs ptātes insil ꝯiūcte ꝛ ordinate ꝛ nulla deficit: ita ꝙ totū cōplemētū est in hoīe: nec aliqua ptās naturalis pōt ei addi maior: qꝛ in ptāte liberi arbitrij est stat⁹. Ita ꝯformit iste ptātes spūales seu officia que sunt ꝓpt hoīem ꝛ debēt ꝯformari hoī repiunt ꝯiunctim ꝛ diuisim: qꝛ repiunt ꝑsone in q̄b⁹ solū est tōsura clericalis ꝛ nō plus. ꝛ ēt ꝑsone in q̄b⁹ sunt q̄tuor minores ordines ꝛ non plꝰs. ꝛ ēt sunt ꝑsone in q̄b⁹ est ordo subdyaconat⁹ tm̄. ꝛ ēt in q̄bus est ordo dyaconatus ꝛ nō plus. ꝛ vltra hoc oēs iste ptātes insil ꝯiūcte sunt in sacerdote ꝛ vltra hoc ptās sacerdotalis est quasi cōplemētū ꝛ ꝯsūmatio oīm. ꝛ sic in sacerdote est totū cōplementū sicut in hoīe. Sicut ꝫ se hꝫ ptās liberi arbitrij ad alias ptātes naturales; sic se hꝫ quodāmō

Sacerdotiū est cōplemētuꝫ oīm ordinum.

ptãs sacerdotalis ad alias ptãtes inferiores. Et sicut supra liberũ arbitriũ nõ est alius gradus ptãtis naturalis. ita supra gradũ sacerdotalem nõ est ali⁹ gradus ptãtis spũalis. Et sicut oẽs ptãtes naturales sunt ppter liberũ arbitriũ et ei seruiũt vel ministrãt mediate vel imediate et per quẽdam ordinẽ. ita oẽs ptãtes spũales inferiores sunt ppter sacerdotalẽ ptãtẽ et ei seruiunt et ministrãt mediate vel imediate. Et sicut ptãtes naturales inferiores nobilitantur in hoie qñ sunt coniuncte cũ libero arbitrio qđ est dignissimũ in natura. ita q sunt magis excellẽtes: q̃ qñ sunt sepate a libero arbitrio in reb⁹ aliis. ita cõformiter inferiores spũales ptãtes nobilitantur in sacerdote: q sunt cõiuncte cũ ptãte sacerdotali. Itẽ sicut ptãtes inferiores naturales. s. vegetatiue et sensitiue nõ ordinantur ad deũ imediate: sed mediante libero arbitrio. nec vniuntur nec loquuntur cum deo imediate. sed ptãs liberi arbitrii imediate et sine aliquo medio ordinatur ad deũ et vnitur cũ deo imediate: et cũ deo loquitur imediate. ita q inter liberũ arbitriũ et deũ nullũ cadit mediũ. ita conformiter ptãtes spũales inferiores nõ ordinantur imediate ad sacrm eucharistie in q̃ est xps q̃ est ver⁹ de⁹. nec vnitur cũ sacro imediate. sed ordinantur ad ipm mediãte ptãte sacerdotali: sz ipa ptãs sacerdotalis imediate ordinatur ad ipm sacrm eucharistie et vnitur cũ eo. et p cõns cũ xpo. et inter ipam potestatẽ sacerdotalẽ et sacramẽtũ eucharistie nullũ est mediũ. Et sicut liberũ arbitriũ est ppinquissimũ deo p naturalẽ ptãtẽ: ita sacerdos ẽ ppinqssim⁹ ipsi sacro eucharistie in q̃ est de⁹ p ptãtẽ sacerdotalẽ. Et sicut q̃uis liberũ arbitriũ sit deformatũ p maliciã. attñ est ppinquissimũ deo per naturã. ita q̃uis sacerdos sit deformatus p maliciã. attñ est ppinquus isti sacramento p ptãtẽ sacerdotalẽ q̃ sem pmanet. Et sicut liberum arbitriũ est imortale et sp durat. ita: ptãs sacerdotalis est imortalis et semp durãs. Itẽ etiã sicut oẽs creature inferiores in quib⁹ sunt oẽs ptãtes inferiores naturales ad deum reducuntur mediãte hoie. qui imediate est cõiunctus deo per liberũ arbitriũ. ita q hõ est medi⁹ inter deũ et oẽs creaturas per naturã. ita oia que sunt infra sacerdotẽ et oẽs gradus inferiores et etiam pars laycalis reducuntur ad sacramẽtũ eucharistie. et p cõns ad deũ mediãte sacerdote qui est cõiunctus imediate ipsi sacramẽto eucharistie in quo est deus et hoc p potestatẽ sacerdotalẽ et dignitatẽ. ita q sacerdos est medius per suã ptãtẽ inter xpm q̃ est in isto sacramẽto et oẽs alios inferiores. Et sicut in hoie ptinentur oẽs creature inferiores. et homo habet cõuenientiam cum

Oẽs ordines nobilitantur in sacerdote.

Sacerdos q̃uis malus est ppinquissimus eucharistie

Per sacerdotem oẽs reducũtur ad deum.

omnibus. et ideo reducit oēs creaturas ad deū. vñ hō cōtinet in se naturā elemētorꝝ et arborꝝ et aīaliū. ita cōformiter ꝯtinent in sacerdote oēs inferiores gradus et infima ps xpianitatis. et cū oībus hʒ ꝯuenientiā ipe sacerdos. qꝛ cōtinet pꝛio in se ptē laycalē; qꝛ pꝛio fuit laycus sicut et aliȷ. et retinet in se totū illud qđ in illo statu receperat. et etiā ꝯtinet in se oēs gradus inferiores. et iō sacerdos quasi oīa in se ꝯtinēs reducit oīa ad deū in sacro eucharistie et oīa ibi cōiūgit. Et sicut ptās liberi arbitriȷ ex natura sua est supra alias ptātes naturales. ita ptās sacerdotalis ex natura sua ꝑpria ē supra oēs alias ptātes spūales. Et sicut ē vn⁹ ꝑmus hō solus quē de⁹ fecit pꝛio ꝑ manus suas. et ꝑ illū fecit et multiplicauit alios hoīes ī natura. ita siliter nō ē nisi vn⁹ prim⁹ sacerdos quē de⁹ pꝛio fecit ꝑ manus suas. et per illū fecit et multiplicauit oēs alios hoīes sacerdotes. et

Xp̄s est ꝑmus sacerdos.

ille hō est xp̄s. q̄ est solus et verus sacerdos q̄ immediate est coniūctus deitati. Sic igit quodāmō sicut se hʒ hō in natura ꝑ ptātē liberi arbitriȷ ad oēs res inferiores et ad deū. sic se hʒ sacerdos ꝑ ptātē sacerdotalē; in xp̄ianitate ad oēs inferiores et ad sacrm̄ eucharistie in quo est de⁹. Sicē eñ hō respicit deū in natura. ita sacerdos respicit sacra in q̄bus est de⁹. ¶ Itē; etiā; alia cōpatio pt fieri ad pannū qui recipit colores. Qꝛ sicut colores recipiunt duob⁹ modis. s. diuisim et cōiūctim qꝛ tinctor volēs ponere colorē aureū; seu nobilissimū in aliquo pāno. pꝛio ponit alios colores min⁹ nobiles et inferiores ꝑ suos gradus. et paulatim pānus recipit colores sꝑ ascēdēdo ad nobiliorē colorē donec deueniat ad vltimū colorē et intentū et ibi est finis. et q̄uis oēs isti colores sint cōiūcti insil in vno panno. attñ ēt sunt diuisi in plurib⁹ pānis. ita q̄ vn⁹ pānus hʒ vnū tm̄ colorē et ali⁹ aliū. et sic de aliis. Ita quodāmō fit in ptātibus spūalib⁹ ordinatis q̄ dant in sacro ordis ordinato mō et sꝑ ascēdendo de vna ptāte ad alia donec deueniat ad sacerdotiū qđ est vltim⁹ gradus et vltimus ordo. Sic ergo appet quālr ordo ptātū spūaliū; cōformatur quodāmō ordinib⁹ ptātū naturaliū q̄ sunt in hoīe. et etiā in ordinib⁹ aliarꝫ rerū. Vñ qꝛ oīa sunt ꝑpter hominē et etiā fiunt in hoīe. cōueniens est q̄ oīa ꝑportionent hoī. Et si ordo est in rebus naturalibus cōueniēs ē q̄ sit ordo ī reb⁹ spūalib⁹ q̄ sunt ꝑpt aīam rōnalē. de cui⁹ natura ꝑpe ē cognoscere ordinē et oīa agere ordiate. ¶ Q: sicut ptās sacerdotalis respicit pꝛincipalr sacrū eucharistie. ita etiam ꝑ ꝯñs secūdario respicit sacramentum penitentie. ¶ Titulus. cccix.

Et qm̄ sacr͞m ordis in q̄ dat̄ ptās sp̄ualis respicit ipsa sacra et ad ipsa ordinat̄ iō opꝫ ꝙ talis ptās det̄ s͞m ꝙ ipsa sacra exigūt ꝛ req̄runt. Et iō qꝛ iā dictū est in sacro pnīe ꝙ illud fit ꝑ modū iudicij pticularis et secreti. ꝛ ꝙ ibi est necessari⁹ iudex pticularis q̄ audiat ꝛ discutiat pctā ꝛ discernat ꝛ iudicet. et hoc de necessitate exigit sacr͞m. ꝛ qꝛ nullus p̄t iudicare nec exercere officiū iudicādi nisi recepit ptātē ꝛ auctoritatē ab illo cuius sunt illi q̄ peccāt. iō necessaria ē auctoritas ꝛ ptās iudicādi pctā ꝛ absoluēdi ꝓpt̄ sacrꝫ pnīe. Uñ cū declaratū sit ꝙ nullus dꝫ suscipe sacr͞m corpis xp̄i q̄ sit in lapsu scd̄o. qꝛ opꝫ prio᷑ ꝙ resurgat et recupet vitā. et hoc nō p̄t fieri nisi ꝑ sacr͞m pnīe. ꝛ sacr͞m pnīe non p̄t fieri nisi sit aliq̄s q̄ hꝫ ptātē ꝛ auctoritatē iudicādi pctā et absoluēdi. iō cōcludit̄ ꝙ necesse est ꝙ talis ptās iudiciaria det̄ in sacramēto ordis. Et qꝛ ista ptās est colligata cuꝫ ptāte dispēsandi sacr͞m eucharistie. qꝛ hoīes nō pn̄t recipe tale sacr͞m nisi absoluant̄ pri⁹a pctīs. iō sicut sacerdos ꝑ sacr͞m ordinis recipit ptātē supra sacramētū corpis xp̄i. ita recipit ex ꝯn̄ti ptātē supra sacramētū pnīe. qꝛ ad vnā sequitur alia. Et sic sacerdos recipit potestatē absoluēdi ꝛ iudicādi. ꝛ talis ptās vocat̄ clauis q̄ aperit hoī lapso vt intret in sacr͞m corpis xp̄i. ꝛ ip̄m recipiat. ꝛ ꝑ ꝯn̄s introducit hoīem in societatem fideliū xp̄ianorū ꝛ amicicīā dei. ꝛ ꝑ ꝯn̄s i regnū celoꝝ q̄ antea erat extra ꝓpter pctā. Sicut aūt sacerdotalis potestas respicit sacr͞m eucharistie ex ꝯn̄ti sacramētū pnīe. ita etiā respicit oīa sacramēta que purgant pctā sicut est sacramentū baptismi. qd̄ cōcordat cū sacramento pnīe vt declaratū fuit. sed nō requirit̄ tāta potestas in sacro baptismi sicut in sacro pnīe. qꝛ illud non fit ꝑ modū iudicij. sed sufficit aquā administrare cū verbis ordinatis et nō opꝫ ibi iudicare nec audire peccata illius qui recipit aquā baptismalē. sed in sacramēto pnīe necesse est ꝙ hō submittat se totaliter potestati sacerdotali q̄ ē potestas iudicādi ꝛ absoluendi et etiā refutandi. et iō in isto sacramento ad ministrando requirit̄ sp̄ālis potestas q̄ non requirit̄ in baptismo. Itē etiam qꝛ sacr͞m extreme vnctiōis purgat pctā. iō ex ꝯn̄ti etiam sacerdos recipit potestatem administrandi illud sacramentū. Et sic sacerdos per sacramētū ordis recipit ptātē administrādi ꝛ dispensandi ac cōferendi sacramētū eucharistie principalr̄ qꝛ ad illud ordinantur. ꝛ ex cōsequenti ad sacr͞m penitentie baptismi ꝛ extreme vnctionis.

Q꞉ ptās ligādi et soluendi detur in ordie sacerdoti.

Clauis dicitur.

Qꝫ administratio sacri ordinis reqrit excellētiā ꝛ pe minentiā potestatis supra potestatem sacerdotalem.

¶ Titulus.cccx.

Quoniā aūt ordo est sacrm sicut et alia sacramēta. iō sicut necessaria est ptās ꝛ auctoritas dispensandi admistrādi ꝛ dandi alia sacra. ꝛ ppt hoc institutū ꝛ ordinatū est sacrm ordis in quo daretꝰ auctoritas et ptās dispēsandi administrādi ꝛ ꝯferendi alia sacra. sit ēt necessaria. est ptās dispēsandi admistrādi ꝛ ꝯferendi ipm sacrm ordis. qꝛ als nō esset cōplemētū i sacramentis. ꝛ talis ptās opꝫ ꝙ hēat excellētiā ꝛ pemintiaꝫ ꝛ dignitatē supra ptatē q̄ datꝰ supra sacrm ordinis Et iō necesse est ꝙ vlteriꝰ fiat ascēsus et eleuatio supra ptātē sacerdotalē. que fuit vltima in sacro ordis. ꝛ sic opꝫ ꝙ fiat supioritas et iferioritas vlterior. Et iō sicut oēs xpiani cōueniūt prio in susceptiōe sacroꝝ et in hoc erāt equales. ꝛ postea ex illis eleuantꝰ aliq̄ q̄ recipiāt potestatē admistrādi ipa sacra. ꝛ tales sunt sacerdotes ita cōformiter opꝫ ꝙ ex sacerdotibꝰ q̄ sūt eq̄les p sacrm ordis aliq̄ eleuentꝰ vlteriꝰ sup alios sacerdotes q̄ hēant potestatē administrādi ꝛ ꝯferendi sacrm ordinis. Sicut enī q̄ recipit potestatē sacerdotalē et eleuatꝰ sup alios necesse est ꝙ xpianꝰ. ita ille q̄ eleuatꝰ sup sacerdotes opꝫ ꝙ sit sacerdos. Ecce igitꝰ ordinē rectuꝫ ꝛ scalē ascēdendi. qꝛ primo hō eleuatꝰ de prio lapsu. in quo est tota natura p sacrm baptismi ꝛ alia sacrā in q̄bus datur gratia ꝛ fit xpianus. et ista est pria eleuatio ꝛ radicalis. ꝛ est q̄dā supioritas ꝛ dignitas xpiani sup non xpianū. qꝛ non xpianus adhuc est in prio lapsu vl totiꝰ nature hūane. ꝛ xpianꝰ iā eleuatus est et surrexit. Deinde xpianꝰ eleuatꝰ vlteriꝰ ꝛ fit sacerdos. ꝛ recipit ptātem sacerdotalē. ꝛ ista est scda eleuatio ꝛ secūda superioritas. qꝛ xpianus eleuatus ordinatus ascendit supra xpianū nō ordinatū. Et quia opꝫ ꝙ sit aliqs aliꝰ q̄ det ꝛ hēat auctoritatē dandi sacramentū ordis ꝛ ordinandi sacerdotē. sic est ibi tertia eleuatio ꝛ superioritas supra sacerdotē. et sic necessaria est ꝯpotestas ꝛ auctoritas q̄ excellat potestatē sacerdotalē simplicē. Sic ergo sicut sacerdos imediate respicit xpianos nō ordinatos seu partē laycalem. ita potestas et auctoritas q̄ excellit potestatē sacerdotaleꝫ immediate respicit ipsos sacerdotes. Et qm̄ nullus xpianus pōt eleuari ad sacerdotiū nisi p sacramētū ordis. ꝛ nō pōt susci pere sacramētū ordis a seipso sꝫ ab alio. ꝛ qꝛ nullus pt conferre alteri nisi habeat potestatem ꝛ auctoritateꝫ

Ptās ordinandi est supra sacerdotium.

